Orationes [illegible]

Mulier nichil aliud est quam inimica amicicie, ineffugabilis pena, necessarium malum, naturalis temptacio, desiderabilis calamitas, domesticum periculum, delectabile detrimentum. Crisostomus super Matheum

N. Inv. 517.

517.

DD VIII
15

952

I



DD
1

Hec oratio est notabilis in duobus et quibus constat. deliberativi est generis demonstrativi. Deliberatio est super re consultanda, p. R. positum videat an sit illud bellum Asiaticum suscipiendum, an non. Cicero pro parte una in hac oratione una, videlicet affirmativa, nititur persuadere demonstrativi est in eo quod huius spe. que in laude versatur, tamen cicero Gn. pompeium summis ornat laudibus. Ut illi bello potissimum preficiat. imperator, videlicet itaque primo hec constitutio te esse coniecturalis. cum deliberare tu uterque videri. et docere amissis, atque neglecto hoc mitridatico bello, quanta incomoda sit ad romanorum preventura Et deinde tu orationem perfecit in laude pompei, magna afferet future victorie coniectura. Si pompeio commissum fuit hoc bellum, ut coniecturalis constitutio his summa to possit appetere quantum eorum ex gerendo pro ... dignitate ... stando in vestigio, cum ... , et mediocritate voluntatis etc.

M. T. CICERONIS. DE. MAGNI. POMPEI. LAUDIBUS. INCIPIT. FELICITER.

Captat benivolentiam a persona dicentis a se ipso ... dilectionis ... licet eius causa sit honesta ... persona ... in genere deliberativo ut ipse Cicero dicit in paradoxis.

Quamquam mihi semper frequens conspectus vester multo iocundissimus, hic autem locus ad agendum amplissimus ad dicendum ornatissimus est visus quirites, tamen hoc aditu laudis, qui semper optimo cuique maxime patuit Non mea me voluntas, sed vite mee rationes ab ineunte etate suscepte prohibuerunt Nam cum antea per etatem nondum huius auctoritatem loci contingere auderem, statueremque nichil huc, nisi perfectum ingenio, elaboratum industria afferri oportere, omne meum tempus amicorum temporibus transmittendum putavi. Ita neque hic locus vacuus umquam ab his qui vestram causam defenderent. Et meus labor in privatorum periculis caste integreque versatus, ex vestro iudicio fructum amplissimum est consecutus. Nam cum propter dilationem comitiorum, ter pretor primus centuriis cunctis renuntiatus sum, facile intellexi quirites, quid de me iudicaretis.

Caste integre versatus ... Captat benivolentiam ... ab auditoribus ... benivolentia a se facta

Cicero atque pretor romanus persuadere nititur populo romano ... Pompeio ... et ... defendere ... et totius reipublice causa ... ut suscipiat bellum contra mitridatem et tigranem reges. Sed mitridates hostis populi romani legatum romanum interfecit, et per totam Asiam ... cives romanos interfeci iussit, qui mitridates cum fuit a L. Lucullo imperatore romano pulsus regno, sese contulit ad tigranem et ... nationibus ... recepit regem et ... L. Lucullo ad ulterius ... et ... videantur hi reges totam Asiam velle populo romano ... occupare expulso iam Ariobarzano rege ... et ... , populi romani ... et sic ... afferre ... romano rei publice detrimentum.

Suadet igitur Cicero ut regibus illis bellum acriter inferatur. Secundo quod nititur persuadere est, ut scilicet Gneius pompeius illi bello cum summo imperio preficiatur, contra sententiam Q. Catuli et Q. Hortensii qui negabant ad unum Pompeium deferri universalem belli huius curam, Et negabant debere legatum A. Gabinium Pompeio quem specialiter postularet. Cum ... Catullo, et Hortensio, legem ante Gabinius promulgavit qua lege Pompeius prefectus fuerat bello piratico, unde famosam victoriam reportavit. Contra horum sententiam, cicero mirabiliter perorat, magnum pompeium non verbis sed divinis laudibus, eius tollendo. ... nomen suum a rebus quatuor imperatori necessariis concedens. Scientia neque rei militaris virtute, auctoritate, felicitate quas res summas esse Gn. pompeio demonstrat. Et arguit etiam pro Gabinio. ut detur legatus pompeio, et exquisitis rationibus divina pene, et celesti eloquentia, contraria argumenta confutat,

Pulchra eloquentia

Et quid aliis pscriberetis. Nunc cum et auctoritatis in me tantu sit quantum vos honoribus mandandis esse voluistis et ad agendum facultatis tantu quantum homini vigilanti ex forensi usu prope cottidiana dicendi exercitatio potuit afferre, Certe etsi quid eciam dicendo consequi possum hijs ostendam potissimum qui ei eciam rei fructum suo iudicio tribuendum esse censuerunt. Atque illud in primis michi letandum iure esse video, quod cum in hac insolita michi ex hoc loco racione dicendi causa talis oblata est in qua oratio nemini deesse potest, Dicendum est enim de Gnei pompei singulari eximiaque uirtute, huius autem orationis difficilius est exitum quam principium invenire. Ita michi non tam copia quam modus in dicendo querendus est, Atque ut inde oratio mea proficiscatur unde hec omnis causa ducitur, bellum graue et periculosum nostris vectigalibus atque socijs a duobus potentissimis regibus infertur Mitridate et ligrane: quorum alter relictus, alter lacessitus occasione sibi ad occupandum Asiam oblatam esse arbitratur. [ ] Equitibus Romanis honestissimis viris afferuntur ex Asia cottidie littere: quorum magne res aguntur.

Hic captat beniuolentiam ab ... et ad hoc facit at

Reddit dociles auditores

Postquam in precedentibus ... simul et orator ... Et ... captat principaliter beniuolentiam ... dociles et attentos est In ista parte principium ... felix orationis ... racio ... Ut michi videtur diuiditur in tres partes ... Dissolutum

In prima ... toti cause ... 2o tangit ... 3o ... equitibus 3o bithinie /

Continuat narracionem ... Melius ... ex ... oratori ...

Descendit ad specialem narracionem /

Iterum magis descendit ad specialem /

Genus enim est huiusmodi etc. / Secunda ergo pars confirmationis que refertur ad genus belli, est usque ad eum locum Quare videte num dubitandum. Pertractat enim hic tercio eligendus ipse docuit dicens enim quod sententia dicit in genere deliberativo debitum sive propositum, ad quem totius orationis ratio referatur. Finis autem ipsius est utilitas. Ad utilitatem ergo omnis confirmationis ratio tribuenda. Sed utilitas dividitur in tutum et honestum. Arguit itaque ex parte utilitatis tute, et honeste. Et primo arguit ex parte tute, eundem suadendo propter instantis aut conspecti periculi vitatione bellum suscipiendum esse.

in vestris vectigalibus exercendis occupate; qui ad me pro necessitudine, que michi est cum illo ordine, causam reipublice periculaque rerum suarum detulerunt. Bithinie que nunc vestra provincia est vicos exustos esse complures. Regnum Ariobazanis, quod finitimum est vestris vectigalibus, totum esse in hostium potestate. Lucullum magnis rebus gestis ab eo bello discedere. Huic qui succurrerit non satis esse paratum ad tantum bellum administrandum. Unum ab omnibus sociis et civibus ad id bellum imperatorem deposci atque expeti. Eundem hunc unum ab hostibus metui. Preterea neminem. Causa que sit videtis. Nunc quid agendum sit considerate. Primum michi videtur de genere belli, deinde de magnitudine, tum de imperatore deligendo esse dicendum. Genus est enim huiusmodi quod animos vestros maxime excitare atque inflammare debet. Tradita est igitur salus sociorum atque amicorum pro qua multa maiores vestri magna et gravia bella gesserunt. Aguntur certissima populi Romani vectigalia et maxima, quibus amissis et pacis ornamenta et subsidia belli requiretis. Aguntur bona multorum civium, quibus est a vobis et imperatoribus reipublice consulendum. Et quoniam

Preterea neminem. Hec propter bene et honesta bonitate, tetigit secundum tercium, deinde propter negocii voluntate conclusit primum, et illud de imperatore deligendo.

Divisio. Hec tota utitur distributione, quia dividit in has duas partes. Unus hic non dicit plus quam eum. Tum per hanc quia exposita sit ut orator rei de qua sit dicendum propositum breviter et absolute.

Initio
Confirmatio
subiicit rationem
Translatio

Secunda ratio

Repetitio
Hic est tercia pars argumentationis que rationis confirmatio dicitur.

semp appetentes glorie preter ceteras gentes atque avidi
laudis fuistis est nobis illa macula Mitridatico bello
superiore suscepta. Cui penitus iam insedit atque inveteravit
in populi Romani nomine quod is qui una tota die Asia tot
Civitatibus uno nuntio atque una significatione litterarum cives Roma-
nos necandos trucidandosque denotavit. Non modo ad hunc
penam ullam suo digna scelere suscepit. Sed ab illo tempore
tertium iam annum et vigessimum regnat. Et ita regnat
ut se non ponto neque capadocie latebris occultare velit
Sed emergere e patrio Regno atque in vestris vectigalibus
hoc est in Asie luce versari. Etenim adhuc vestri cum illo
rege contenderunt imperatores ut ab illo insignia victorie
non victoriam reportarent. Triumphavit L. Silla trium-
phavit L. Murena de mitridate duo fortissimi et summi
imperatores sed ita triumpharunt ut ille pulsus superatusque
regnaret. Veruntamen illis imperatoribus laus est tri-
buenda quod egerunt. Venia danda quod reliquerunt propterea
quod eo bello Sillam in Italiam res publica Murenam Silla
revocavit. Mithridates autem omne reliquum tempus
non ad oblivionem veteris belli sed ad comparationem novi contu-
lit. Cui postea cum maximas edificasset ornassetque classes

Mitridates una die fecit trucidari lxxx milia Romanorum.

Conduplicatio

Adducit causam cuius quod dixit.

Declarat quod dixit et descendit ad speciem.

Confirmatio

Genus est etc.

Arguit primo ex parte tute utilitatis cum suadet conservat aut consequentes periculi vitandi bellum esse suscipiendum [illegible] esse parte illa tute utilitatis que vis appellatur.

Excitat invidiam et odium audientium.

Ostendit quomodo se habuit Mitridates tunc.

Vocat [illegible] potentissimos reges toti Asie, [illegible] magnis viribus [illegible] et [illegible] periculum [illegible] atque [illegible] Pompeium ducem et periclitari esse vectigalium [illegible]. Cum[illegible] ondat parte [illegible] illam tute utilitatis que dolus sive consilium appel-
latur quod [illegible] in tantos periculos [illegible] pro quibus hic [illegible] maiorum et curam agit [illegible] esse
[illegible] parte utilitatis tute elegantissime confirmet. Nunc [illegible] confirmet [illegible] utilitatis honeste vide-
amus. Et primo ex ea parte que continet [illegible] recti virtutes prudenciam iusticiam fortitudinem modestiam. Et primo arguit
ex parte prudentie cum ostendit vectigalium [illegible] quanta sint incomoda. Et quanta ipsorum [illegible] sint comoda
et [illegible] cohortatur ut declinatis incomodis comoda subsequatur. Et [illegible] [illegible] dicens. Et videatur
calamitates civium in calamitate rei publice [illegible] esse non posse [illegible]. Cum [illegible] prudentie
[illegible] sit. Deinde arguit ex parte iusticie cum suadet salutem amicorum et sociorum populi Romani ad studium defendendam.
Cum [illegible] male [illegible] oportere. Mitridatem scilicet et Tigranem qui [illegible] dederant et iniurias [illegible]
ut patet hic in textu [illegible] argumenta ducta sunt de Ratione iusticie. Deinde arguit ex parte fortitudinis cum [illegible]
[illegible] locis ostendit [illegible] gloriam honestatem et dignitatem rei publice adeunda esse belli pericula et labores quod fortitudinis
[illegible] est. Et arguit [illegible] ex parte modestie cum [illegible] quos mittebant in provincias cupiditates et flagicia [illegible]
[illegible] viciis [illegible] ac calamitatibus sociorum mitti suadet Gn. Pom. [illegible] ipsa [illegible]
[illegible] sic ut vides ex [illegible] hic confirmat Cicero omnia ad finem debitum referendo scilicet ad utilitatem tutam
et honestam [illegible] honesta res [illegible] rectum et laudabile [illegible] ab [illegible] partibus recti
ex a partibus prudentie iusticie fortitudinis [illegible] et modestie restat ut [illegible] parte laudabili faciamus
Non [illegible] honesta possit esse [illegible] sit ipsa [illegible] laudabilis [illegible] ut Cicero [illegible] aut in dicen-
[illegible] est [illegible] laudabile ab [illegible] recto. Neque cum [illegible] laudis [illegible] recto [illegible] Sed si laus

exercitus et per magnos quibuscumque ex gentibus potuisset comparasset
Bosphoranis finitimis suis bellum inferre simularet usque
in Hyspaniam legatos Eccetanis misit ad eos duces qui-
bus tamen tum bellum gerebamus. Ut cum duobus in locis disiunctis-
simis maximeque diversis uno consilio ab binis hostium co-
piis bellum terraque marique gereretur vos ancipiti conten-
tione districti de imperio dimicaretis. Sed tamen alterius
partis periculum Sertoriane atque Hyspaniensis quo multo plus fir-
mamenti ac roboris habebat Gnei pompeii divino con-
silio ac singulari virtute depulsum est. In altera parte
ita res a L. lucullo summo viro est administrata, ut initia
illa gestarum rerum magna atque preclara non felicitati eius
sed virtuti. Hec autem extrema que nuper acciderunt, non culpe
sed fortune tribuenda esse videantur. Sed de lucullo dicam
alio loco, Et ita dicam quirites. Ut neque vera laus ei
detracta oratione nostra neque falsa, ac ficta esse videantur.

Sed pro vestri imperii dignitate, atque gloria, quoniam is est
exorsus orationis mee, videte, quem nobis animum suscipi-
endum putetis. Maiores nostri (vel vestri) semper mercatoribus aut na-
viculatoribus iniuriosius tractatis bella gesserunt. Vos tot civi-
um Romanorum milibus uno nuntio atque uno tempore necatis quo
tandem animo esse videtis debetis. Legati erant, qui appellati

Bosforani mare per quod incipit in [illegible] terri [illegible] portus Europam.

Sertoriane, hoc est una quam pompeius superavit, Sertorius [illegible] proditione fraude militum distribuentium [illegible] in media [illegible] trucidatus est ut ait plu-tarcus.

Hec est tertia pars argumentatio que dicitur [illegible]

Contentio. sententie [illegible] facit comparationem argumento a minori.

Aliud argumentum legati, [illegible] esse tale, ut [illegible] Romanos ad sus-cipiendum bellum [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] dissimiles [illegible] infortunium [illegible] pulchre dicit [illegible] a quo duo. [illegible] ipsi [illegible] illud non [illegible] culpa [illegible] malignitate fortune.

Sed si laus [illegible] duplicata [illegible] appetendi voluntas [illegible] ergo [illegible] [illegible] bellum, asiaticum suscipi [illegible] sit, et esse laudabile [illegible] Romanos appetentes esse glorie et avidos laudis, [illegible] ceteris gentibus esse. Et ob id [illegible] honesti laudabilis [illegible] est. Et [illegible] ad maiores imitandos, in gloria et dignitate, et ad [illegible] gloriam relictam ipsis a patribus. Et [illegible] ad socios, et cives [illegible] [illegible] honore, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] aliud [illegible] equites admonere et incitare ad honestum, laudabile [illegible] et ampliandum [illegible] Hic apparet [illegible] in ista parte [illegible] que loquitur de [illegible] belli [illegible] utilitate [illegible], et sub ea [illegible] et dolum, [illegible] partes [illegible] et honestum, et sub ea virtutem [illegible] partes que virtutum [illegible] prudentia, iustitia fortitudinem, et modestiam. Et [illegible] honeste [illegible] [illegible] laudabile [illegible] [illegible] sit [illegible]

Corinthum etc. Orosius libro quinto. anno ab urbe condita VIc VIIo Cn. Cornelio Lentulo Lucio ... consulibus, Quinctum ...
Carthaginis excidio Corinthi ... eodem anno, ... Metello ... extincta, totius achaie presidia destitutere
cum ... Metello pretore mediante Consul ... repentinus cum paucis venit in castra. Cui dimis-
so, statim metello, Corinthum suie more expugnit.

In uno die et una hora, mitridates iussit omnes Romanos cives obversantes in asia gladio trucidari. ita bis quin-
...

Orosius ... Corinthus fuit destructus, ... Corinthum
...

Refert enim se ad predicta ... et generaliter ad ... genere.

superbius, Corinthum patres vestri totius grecie lumen extinctum
esse voluerunt. Vos eum Regem inultum esse patiemini, qui
legatum populi romani. consularem vinculis ac verberibus.
atque omni supplicio excruciatum necavit. Illi libertatem Civi-
um Romanorum immunitam non tulerunt. Vos vitam ereptam
negligetis. Ius legationis verbo violatum illi persecuti sunt
Vos legatum omni supplicio interfectum relinquetis. Videte
ne ut illis pulcherrimum fuit tantam vobis imperii gloriam
relinquere. Sic vobis turpissimum sit illud quod accepistis
tueri, et conservare non posse. Quid quod salus sociorum
summum in periculum, ac discrimen vocatur. Regno expulsus
est Ariobarzanes rex socius populi Romani atque amicus
imminent duo Reges toti Asie non solum vobis inimicis-
simi, sed in vestris sociis atque amicis. Civitates autem omnes
tota Asia atque grecia vestrum auxilium expectare propter
periculi magnitudinem coguntur imperatorem vobis certum
deposcere, cum presertim vos alium miseritis, neque auderet
neque id se facere summo sine periculo posse arbitrantur. Vi-
dent et sentiunt hoc idem quod vos unum virum esse in
quo summa sint singula omnia. et eum prope esse. Quo
etiam carent egrius. Cuius adventu ipso, atque nomine
tamen etsi ille ad maritimum bellum veniet, tamen impetus hostium

Dissolutio

Periculum est ...

VIDENT ET SENTIUNT

Eum prope etc. qui sit perfectus et virosus in omnibus utilibus

alias in ultum

... Mordatis ...

socius atque amicus

...

·Hi· vos·

repressos esse intelligunt, atque retardatos. Hi vos quoniam libere loqui non licet tacite rogant. Ut se quoque sicut ceterarum provinciarum socios dignos existimetis. Quorum salutem tali viro commendetis. Atque hos etiam magis quam ceteros. Quia huiusmodi in provinciam homines cum imperio mittimus. Ut etiamsi ab hoste defendat, tamen ipsorum adventus in urbe sociorum non multum ab hostili expugnacione differant. Hunc audiebant antea. Nunc presentem vident, tanta temperancia, tanta mansuetudine, tanta humanitate. Ut hi beatissimi esse videantur, apud quos ille diutissime commoratur. Quare si propter socios nulla ipsi iniuria lacessiti maiores nostri tum Anthioco, tum Philippo, cum Etholis, cum Penis bella ~~gesserunt~~ gesserunt, quanto vos studio convenit, iniuriis provocatos, sociorum salutem una cum imperii nostri dignitate defendere. Presertim cum de magnis vestris vectigalibus agatur. Nam cum ceterarum civitatum vectigalia quirites tanta sint ut his ad ipsas provincias tutandas vix contenti esse possimus. Asia vero tam opima est et fertilis. Ut in ubertate agrorum et varietate fructuum et magnitudine pastionis, et multitudine earum rerum que exportantur facile omnibus terris antecellat. Itaque hec vobis provincia quirites si et belli utilitatem et pacis dignitatem sustinere vultis :-

Marginalia (left):

apte modestie

quod est color qui dicitur articulus

Ista est 2a pars in qua ostendit quod bellum esse tale ut inflammet animos et per quod augmentum rerum vectigalium [illegible] a forti

Sequitur a parte utilitatis que est considerandum [illegible]

Marginalia (right):

Contrarium. Hic est color qui dicitur contrarium et est speciale est :2

Ut per ceteras scilicet comparat Asiam ad alias nationes

alias pastionis

non modo a calamitate, sed etiam a metu calamitatis est
Natura vectigalium. — defendenda. Nam in ceteris rebus cum venit calamitas tum — [illegible] a calamitatibus
detrimentum accipitur. At in vectigalibus non solum ad-
uentus mali, sed etiam metus ipse affert calamitatem
Disiunctio, sive dissolutio. — Nam cum hostium copie non longe absint, etiamsi irruptio
nulla facta sit, tamen pecora relinquuntur. Agricultura
deseritur. Mercatorum navigatio conquiescat. Ita neque ex
portu, neque ex decimis, neque ex scriptura vectigal conservari
potest. Quare sepe totius anni fructus uno rumore pe-
riculi, atque uno terrore belli amittitur. Quo tandem animo
esse existimatis, aut eos, qui vobis vectigalia pensitant
aut eos, qui exercent, atque exigunt. Cum duo reges
cum maximis copiis prope adsit. Cum una excursio equi-
tatus per brevi tempus totius anni vectigal auferri possit.
Cum publicani familias maximas, quas in salinis habent,
quas in agris, quas in portubus, atque custodiis magno pe-
Interrogatio. — riculo se habere arbitrentur. Putatisne vos illis rebus
frui posse, nisi eos, qui vobis fructuosi sint conservaveritis
non solum, ut ante dixi, calamitate, sed etiam calami-
tatis formidine liberatos. Ac ne illud quidem vobis ne-
gligendum est quod michi ego extremum proposueram, cum
essem de belli genere dicturus, quod ad multorum bona civium

Romanorum pertinet. Quorum vobis pro vestra sapientia quiri-
tes habenda est ratio diligenter. Nam et publicani homines
et honestissimi et ornatissimi suas rationes et copias in
illam provinciam contulerunt. Quorum ipsorum per se res
et fortune vobis cure esse debent. Etenim si vectigalia
nervos esse reipublice semper diximus eum certe ordinem qui
exercet illa firmamentum ceterorum ordinum recte esse dicemus.
Deinde ceteris ex ordinibus homines gnavi et industrii partim
in Asia negotiantur. Quibus absentibus vos consulere debe-
tis. Partim eorum in ea provincia pecunias magnas collatas
habent. Erit igitur humanitatis vestre magnum eorum civium nu-
merum calamitate prohibere. Sapientie videre multorum civium
calamitatem a re publica seiunctam esse non posse. Et-
enim illud primum parvi refert vos publicanis amissis vectigalia
postea victoria recuperare. Neque hisdem redimendi facultas
erit propter calamitatem, neque aliis voluntas propter timorem.
Deinde quod nos eadem Asia atque idem iste Mitridates
initio belli asiatici docuit id quod certe calamitate docti
memoria retinere debemus. Nam cum in Asia res mag-
nas permulti amisissent scimus Rome solutione impedita fidem
concidisse. Non enim possunt homines in civitate multi rem ac for-

Margin notes (left): honestissimi et ornatissimi — Adducit argumentum a ratione et arguit a minori — Gnavi et industrii — Respondet obiectioni

Margin notes (right): Declarat quibus agatur illud incommodum — Conclusio .i. ratio / nervum rei publice arguitur a maiori parte — Secunda ratio .i. Deinde / Adducit aliam rationem quia suscipiat bella cum civitate Romani ut defendat predictos — Distributio est .i. Concludit de commodis vectigalium custodiendis et incommodis vitandis quod providentie proprium est — Non enim

Quare videte / 20. Conclusio aut sive Epilogus que est / post confirmationem et argumentationem plurimarum collecta [illegible] fieri posse quod debere nemo dubitet. Et eiusmodi quod sive epilogus consistet ex enumeratione, amplificatione, commiseratione [illegible] enumeratione [illegible] videre [illegible] ad referendum [illegible] memoriam auditoris [illegible] conclusionem colligit [illegible] Nam [illegible] ad suscipiendum bellum [illegible] salute sociorum et maximis vectigalibus conservandis et fortunis plurimorum civium [illegible] defendendo [illegible] argumento [illegible] colligit [illegible] admonet auditores [illegible] et [illegible] epilogus [illegible] est.

tunas amitte. Ut non plures secum in eandem trahant cala-
mitatem. A quo periculo prohibete rem publicam. Et michi credite
id quod ipsi videtis. Hec fides, atque hec ratio pecuniarum que ro-
me que in foro versatur implicita est cum illis pecuniis asi-
aticis, et coheret. Ruere illa non possunt. Ut non eodem la-
vel metu
befacta motu concidant. Quare videte num dubitandum
vobis sit omni studio ad id bellum incumbere. In quo gloria
nominis vestri salus sociorum, vectigalia maxima, fortune plu-
rimorum civium cum republica defenduntur. Quoniam de genere
belli dixi, Nunc de magnitudine belli pauca dicam. Po-
test enim hoc dici belli genus ita esse necessarium, ut sit
gerendum. Non esse ita magnum. Ut sit pertimescendum.
In quo maxime deliberandum est. ne forte a vobis
que diligentissime providenda sunt contemnenda esse
videantur. Atque ut omnes intelligant me L. Lucullo
vel ei
tantum impartire laudis quantum forti viro et sapientis-
simo homini et magno imperatori debeatur. Dico eius ad-
ventu maximas Mitridatis copias omnibus rebus orna-
tas atque instructas, urbemque Asie clarissimam nobisque
amicissimam Cizicenorum obsessam esse, ab ipso rege Mag-
na multitudine, et oppugnatam vehementissime. Quam

Epilogus / Epilogus [illegible] argumentationes

Commune [illegible] color [illegible] frequentatio vel articulus vel dissolutum

Quatuor [illegible] possunt [illegible] in [illegible] argumenta [illegible]

Necessarium ad [illegible]

Conclusio / Quoniam. [illegible] magnitudine belli [illegible] color [illegible] quod sit [illegible] sequatur

Necessario gerendum

Accuratissime arguit [illegible]

alias Cizicenorum

Quoniam de genere belli / Hec est pars confirmationis in qua deliberatio [illegible] arguit ex belli magnitudine [illegible] utilitate [illegible] narratione historie [illegible] a lucio lucullo administrata. et quo [illegible] magnitudine adaucti belli [illegible] Ut [illegible] instante aut consequente periculi [illegible] [illegible] classes, arma, tormenta, [illegible] hominum [illegible] confirmationis parte [illegible] narratione [illegible] copulatis, regum, nationum [illegible] utilitatem [illegible] consistit [illegible] argumenta.

L. Lucullus virtute, assiduitate, consilio summis obsidionis periculis
liberavit. Ab eodem imperatore classem magnam et ornatam,
(interlinear: [illegible] Mario et [illegible] duobus Sertorianis [illegible] summis et magnis ducibus erant [illegible])
que ducibus Sertorianis ad Italiam studio inflammato raperetur
superatam esse atque depressam. Magnas hostium preterea copi-
as multis proeliis esse deletas, patefactumque nostris legionibus esse
Pontum. Qui ante populo Romano ex omni aditu clausus esset. Sinope-
atque Amisum, quibus in oppidis erant domicilia regis omnibus
rebus ornata (vel tas) atque referta (vel tas), ceterasque urbes Ponti et Cappa-
docie permultas uno aditu adventu esse clausas. Regem
spoliatum regno patrio atque avito ad alios se reges atque
ad alias gentes supplicem contulisse. Atque hec omnia salvis
populi Romani sociis atque integris vectigalibus esse gesta. Satis opi-
nor hec esse laudis, atque ita reipublice. Ut hic vos intel-
ligatis a nullo istorum qui huic obtrectat legi atque esse L.
Lucullum similiter ex hoc loco esse laudatum. Requiretur for-
tasse nunc quemadmodum cum hec ita sint, reliquum possit esse
magnum bellum. Cognoscite quirites. Non enim sine causa
queri videtur. Primum ex suo regno sic Mitridates profugit
ut ex eodem ponto Medea illa quondam profugisse dicitur
quam predicant in fugam fratris sui membra in his lo-
cis qua se parens prosequeretur dissipavisse, ut eorum col-
lectio dispersa merorque prius celeritatem persequendi retar-

Left margin: Clausus, obsidio [illegible] per mitridatem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Left margin: [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible]

Left margin: Similitudo. Primum color, qui [illegible] similitudo [illegible] [illegible] ante omnes [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] fratris sui qui [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Egialeus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Right margin: alias delatas

Right margin: Patrio, per mitridatem [illegible] fuit mitridates, avitus aut [illegible]

Right margin: Hec est secunda pars [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
alias primum

Right margin: Medea. Similitudo est vel [illegible]

Right margin: fratris Egialeus

diceret. Sic Mitridates fugiens maximam vim auri atque argenti
pulcherrimarumque rerum omnium quas et a maioribus acceperat et
ipse bello superiore ex tota Asia direptas in suum regnum conges-
serat in ponto omnem reliquit. Hec dum nostri colligunt
omnia diligentius, rex ipse e manibus effugit. Ita illum in
persequendi studio meror, hos leticia retardavit. Hunc in
illo timore et fuga Tigranes rex Armenius excepit, diffi-
dentemque rebus suis confirmavit. Et afflictum erexit, perditum
que recreavit. Cuius in regnum posteaque L. Lucullus cum
exercitu venit, plures etiam gentes contra imperatorem nostrum
concitate sunt. Erat enim metus insertus in his nationibus
quas numquam populus Romanus neque lacessendas bello neque tem-
tandas putavit. Erat etiam alia gravis atque vehemens opi-
nio que per animos gentium barbararum persuaserat fanum lo-
cupletissimum et religiosissimum diripiendi causa in eas oras nostrum
exercitum esse adductum. Ita nationes multe atque magne novo
quodam terrore ac metu concitabantur. Noster autem
exercitus etsi urbem ex Tigranis regno ceperat, et preliis usus
erat secundis, tamen nimia longinquitate locorum ac desiderio
suorum commovebatur. Hic iam plura non dicam, fuit enim
illud extremum, ut ex his locis a militibus nostris reditus magis
maturus quam processio longior quereretur. Mitri-

Sunt quod ... status causa belli instante contra Romanos

Scilicet nescio ut dicit Orosius libro sexto

Significatio

Color qui dicitur significatio, cum plus de suspicione relinquit quam in oratione est expressum.

vel uit
dates aute et suam manum iam confirmat. Et eorum qui se
vel gentis
ex eius regno collegerant et magnis adventitiis multorum
regum et nationum iuvabant. Hoc iam fere sit fieri solere



accepimus ut regum afflicte fortune facile multorum opes al-
liciant ad misericordiam, maximeque eorum qui aut reges
sunt aut vivunt in regno. Ut regale hiis nomen magnum
et sanctum esse videatur. Itaque tantum victus efficere potuit quantum
incolumis nunquam est ausus optare. Nam cum se in regnum
suum recepisset non fuit eo contentus quod ei preter spem acci-
derat. Ut illam posteaquam pulsus erat terram unquam atti-
geret. Sed in exercitum vestrum clarum atque victorem impetum fecit
Sinite .i. compassio — Sinite hoc loco quirites sicut poete solent qui res romanas — .i. poeta
scribunt preterire me nostram calamitatem que tanta fuit
ut eam ad aures L lucculli non ex prelio nuntius sed ex
sermone rumor afferret. Hic in illo ipso malo gravissima
vel tum
que offensione belli L lucullus qui tamen atque aliqua
ex parte hiis incommodis mederi fortasse potuisset vestro iussu co-
actus quod imperii diuturnitati modum statuendum veteri exemplo
putavistis partem militum qui iam stipendiis confecti erat
Recapitulatio — dimisit partem glabrioni tradidit. Multa pretereo consulto — Ultima pars Epilogus parte sua dissolutus
Sed vos ea coniectura perspicitis quantum illud bellum factum
putetis quod coniungant reges potentissimi renovet agitate

quod coniungat, dispositio vel recapitulationis ... illius ... Epilogus ...

Satis mihi multa / Hic est epilogus totius confirmationis superioris partis in quo cum brevissime epilogat circa genus huius belli ... necessarium ... ut ... suscipiendi ... periculi et magnitudinis ... [illegible] ... ut fortiter et animatissime administretur. Cum ... [illegible] ... ad aliud quod intendit scilicet ut eligatur Gneus Pompeius, quod ostendit super ceteros ... posse bella fortiter et animate gerere ...

Restat ut de imperatore / Ista est 3a pars et ultima superioris divisionis ... [illegible] ... deligendo ... [illegible] ... ibi 2a, Ego enim sic existimo, 3o ibi ... [illegible]

nationes suscipiant integre gentes. Novus imperator vester accipiat vel vetere expulso exercitu. Satis mihi multa verba fecisse videor, quare hoc bellum genere ipso esset necessarium, magnitudine periculosum. Restat ut de imperatore ad id bellum deligendo ac tantis rebus preficiendo dicendum esse videatur. Ut quirites virorum fortium atque innocentium copiam tantam haberetis. Ut hec vobis deliberatio difficilis esset, quenam potissime tantis rebus ac tanto bello preficiendum putaretis. Nunc vero cum sit unus G. pom. qui non modo eorum hominum qui nunc sunt gloriam, sed etiam antiquitatis memoriam virtute superarit, que res est, que cuiusquam animum in hac causa dubium facere possit. Ego enim sic existimo in summo imperatore, quatuor has res inesse oportere, scientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem felicitatem. Quis igitur hoc homine scientior unquam aut fuit aut esse debuit. Qui e ludo atque pueritie disciplina bello maximo atque acerrimis hostibus, ad patris exercitum atque in militie disciplina profectus est. Qui extrema pueritia miles fuit imperatoris summi. Ineunte adolescentia maximi ipse exercitus imperator. Qui sepius cum hoste conflixit quam quisquam cum inimico concertavit. Plura bella gessit quam ceteri legerunt, plures provincias confecit quam alii concu-

Marginal glosses (left): Complexio superioris argumenti ... [illegible] ... ut fortiter et animatissime administretur. Cum ... ad aliud quod intendit scilicet ut eligatur Gneus Pompeius quem ... posse bella et fortiter et animate gerere.

Circa imperatorem ... [illegible]

Repetitio ... [illegible]

Dissolutio ... [illegible]

Extrema militia etc. ... [illegible]

Marginal glosses (right): 3a confirmatio ... [illegible]

Restat ut de imperatore / Circa ... [illegible] ... Gneus Pompeius ... laudat ... scientia rei militaris, virtute, auctoritate, felicitate ... [illegible]

... [illegible] ... in omni repetis

puerunt, Cuius adolescentia ad sciencia rei militaris, non
alienis preceptis, sed suis imperiis, non offensionibus belli
sed victoriis, non stipendiis, sed triumphis est tradita.
Quod denique genus belli esse potest, in quo illum non ex-
ercuerit fortuna rei publice. Civile Afficanum, Transalpinum
hispaniense mixtum ex civitatibus atque ex bellicosissimis
nationibus, servile navale bellum. Varia et diversa genera
et bellorum hostium non solum gesta ab hoc uno sed etiam confecta
nullam rem esse declarant in usu militari positam
. Que huius viri scienciam fugere possit. Jam vero virtuti
Gn. Pompeii, que potest oratio par inveniri. Quid est,
quod quisque, aut dignum illo, aut vobis novum, aut cuique inau-
ditum possit afferre. Neque enim ille sunt sole virtutes impe-
ratorie que vulgo existimantur labor in negociis fortitudo
in periculis, industria in agendo, celebritas in conficiendo
consilium in providendo. Que tanta sunt in hoc uno, quanta
in omnibus reliquis imperatoribus, quos aut vidimus, aut audi-
vimus non fuerunt. Testis est Italia. Quam ille ipse victor
L. Silla huius virtute et subsidio confessus est liberatam
Testis est Sicilia quam multis undique cinctam periculis
lis, non terrore belli, sed celebritate consilii explicavit

Color qui dicitur repeticio
Color qui dicitur articulus sive dissolutum

Probat de virtute ipsius pompei

Que alie sunt virtutes requisite in sive tacite istis quid tacite questis paulo ante

Articulus
Repeticio

Dicit quasi omnes virtutes inesse pompeio 2o. ponit ibi 2a fortitudo in periculis

Declarat quid sit

Cincta periculis
Eufacio ornamentum causa

Testis est affrica que magnis oppressa hostium copiis
eorum ipsorum sanguine redundavit. Testis est gallia per quam
legionibus nostris in hyspania iter gallorum intensione pa-
tefactum est. Testis est hyspania que sepissime plu-
rimos hostes ab hoc superatos prostratosque conspexit
Testis est iterum et sepius ytalia. Que cum servili bello   Repeticio
tetro periculosoque premeretur. Ab hoc auxilium absente expe-
tivit. Quod bellum expectacione pompeii attenuatum   al' interceptae sunt hostium
atque imminutum est. Adventu sublatum ac sepultum. Testes
vero iam omnes ore atque omnes externe gentes et naciones
omnia denique maria. tum universa. tum in singulis oris omnes
sinus atque portus. Quis enim toto mari locus per hos annos
aut tam firmum habuit presidium. ut tutus esset aut fuit
tam abditus. ut lateret. Quis navigavit. qui non se aut
mortis aut servitutis periculo committeret. Cum aut hieme
aut referto predonum mari navigaret. Hoc tantum bellum   Quia omnia maria occupaverunt isti Cilices
tam turpe. tam vetus. tam late divisum atque dispersum   Et hic iste plus de turpissimo tempore confert
Quis umquam arbitraretur aut ab omnibus imperatoribus uno
Anno. aut omnibus annis. ab uno imperatore Romano   Aut ab omnibus Color qui dicitur quintis
confici posse. Quam provinciam tenuistis a predonibus
liberam per hosce annos. Quod vectigal tutum vobis fuit.

9

Color q̄ d(icitu)r q(ua)n(tum) (com)plia — Quem socium defendistis. Cui p(re)sidio classibus vris fuistis. Q(ua)m multas existimat(is) insulas esse desertas. Q(ua)m multas aut metu relictas aut a p(re)donib(us) captas urbes esse sociorum. Sed quid ego longinqua commemoro. Fuit, Conduplicatio
it hic quondam, fuit p(ro)p(ri)um rei pub(li)ce longe a domo bellare et propugnaculis imperii sociorum fortunas non sua tecta defendere. Sociis ego mare clausum p(er) hoste a nos dicam fuisse. Cum exercitus n(ost)ri a Brundusio nunq(uam) Subiectio — nisi summa hieme transmiserint. Quid ad nos cu(m) ab exteris nationib(us) venirent, captos querar querar. Cu(m) legati vel populi Romani rei publice detenti sunt. mercatorib(us) tutu(m) mare non fuisse dicam. Cum xii secures i(n) p(re)donu(m) p(otes)tate(m) p(er)venerint. Quid at Colophone, aut samu(m) nobilissimas urbes innumerabiles q(ue) alias captas esse commemorem. Cum vros portus atq(ue) eos portus, quib(us) vita(m) et spem ducitis, in p(re)donu(m) fuisse potestate sciatis. An ignoratis non portu(m) Caiete celeberrimu(m) atq(ue) plenissimu(m) navium insp(ec)tante p(re)tore a p(re)donibus esse direptu(m). Ex miseno aute(m) eius ipius liberos, qui cu(m) p(re)donib(us) ante ibi bellum gesserant a p(re)donib(us) esse sublatos.

[right margin:] Quid ad nos / Color q̄ dicit(ur) subiectio, usq(ue) ad eu(m) locu(m) Atq(ue) hec q(ua)m celeritate

Nam quid ego hostiense incommodum / atque illam labem / atque
ignominiam rei publice querar. Cum prope inspectantibus
vobis classis ea, cui consul populi romani prepositus esset
a predonibus capta atque oppressa est. Proh dii immorta-
les. Tantane unius hominis incredibilis ac divina virtus tam
brevi tempore lucem afferre rei publice potuit. Ut vos qui
modo ante hostium tiberinum classem hostium videbatis
hi nunc nullam intra occeani hostium predonum navem esse
audiatis. Atque hec qua celeritate gesta sint, quamquam vi-
detis: tamen a me in dicendo pretereunda non sunt. Quis
enim umquam aut obeundi negocii aut consequendi questus
studio tam brevi tempore tot loca adire / tantos cursus
conficere potuit, quam celeriter Cn. Pompeio duce belli impe-
tus navigavit. Qui siciliam adiit / affricam exploravit
Inde sardiniam cum classe venit. Nondum tempestivo
ad navigandum mari. Atque hec tria frumentaria subsi-
dia rei publice firmissimis presidiis / classibusque munivit
Inde se cum in italiam recepisset duabus hispaniis et Gal-
lia cisalpina presidiis ac navibus confirmata missis
item in oram illirici maris / et in Achaiam omnemque Gre-

Pulchre

Exposuit speciem de celeritate ... pompei ...

Brevi similia / color qui dicitur brevitas ...

Brevitas / scilicet ...

Dissolutio / Tria frumentaria rei publice subsidia

Italie duo maria | Italiam. Navibus Italie duo maria maximis classibus fir-
missimisque presidiis adornavit. Ipse autem ut a Brundu-
sio profectus est, unde quinquagessimo die totam ad imperium
populi Romani Ciliciam adiunxit. Omnes qui ubique predones
fuerunt, partim capti, interfectique sunt. partim unius
huius imperio ac potestati se dederunt. Idem Cretensibus
cum ad eum usque in Pamphiliam legatos deprecatores
misissent, spem deditionis non ademit, Obsidesque imperavit
Ita tantum bellum tam diuturnum, tam longe lateque dispersum
quo bello omnes gentes ac nationes premebantur. Gn.
apparavit / ‖ scilicet [illegible] et dissolutum | Pompeius extrema hieme ~~apparavit~~ ‖ apparavit ineunte
vere suscepit. Media estate confecit. est hec divina et in-
credibilis virtus imperatoris. Quid cetere quas paulo ante
commemorare ceperam, quante quam atque multe sunt (vel sit). Non
enim bellandi virtus solum in summo ac perfecto imperatore
querenda est, sed multe sunt artes eximie huius adminis-
tre comitesque virtutis. Ac primum quanta innocentia debet
Virtutes imperatoris | esse imperatores quanta deinde omnibus in rebus temperantia
quanta deinde / Co. [illegible] qui d. [illegible] articuli | quanta fide, quanta felicitate (vel facilitate) quanto ingenio quanta humanitate
. Que breviter qualia sint in Gn. Pompeio consideremus. Summa

| Innocentia
| Temperantia
| Fides
| Felicitas facilitas
| Ingenium
| Humanitas

em omia sut quirites / sed ea magis ex aliorum cotentoe
quam ipsa per se cognosci atque intelligi pnt. Quem em pos-
sumus Imperatorem aliquo in nuo putare. Cuius in exercitu ve-
niunt centuriatus atque venerint / qui hic homines magnum
aut amplum de re publica cogitare. Cui pecuniam ex er-
rario depromptam ad bellum administrandum / aut propter
cupiditatem provinciae magistratibus diviserit / aut propter avari-
tiam Rome in questu relinqueret. Vestra admurmuratio
facit quirites. Ut agnoscere videamini qui hec fecerit
Ego autem nomino neminem. Quare irasci michi ne-
mo poterit. nisi qui ante de se voluit confiteri. Itaque
propter hanc avariciam Imperatorum quantas calamitates quo-
cumque ventum sit nostri exercitus ferant / quis ignorat. Itine-
ra que per hosce annos / in Italia per agros / atque oppida
Civium romanorum nostri Imperatores fecerint / Recordamini / eo
facilius statuetis / quid apud exteras nationes fieri exis-
timetis. Utrum plures arbitramini per hosce annos
militum vestrorum armis / hostium urbes / an hibernis sociorum
Cites esse deletas. Neque em potest exercitum his cotinere
Imperator / qui seipsum non continet / Neque severus esse
in Iudicando / qui alios in se severos esse iudices non volt.

Callide, Annominatio

Nomino neminem color qui dicitur [illegible]

alias qui

Nota

Hic tangit ad-s volens incipit agere de temperantia

Hic miramur hunc hominem tantum excellere ceteris. Cuius legiones sic in asiam pervenerit. Ut non modo manus tanti exercitus, sed ne vestigium quidem cuiquam pacato nocuisse dicatur. Iam vero quemadmodum hibernet cottidie sermones ac litere perferuntur. Non modo ut sumptum faciat in militem nemini vis affertur. Sed ne cupienti quidem cuiquam permittitur.

Hiberna

Hiemis enim (vel mes) non avaricie profugium maiores nostri in sociorum atque amicorum tectis esse voluerunt. Age vero ceteris in rebus qualis sit temperantia consideratae Unde illam tantam celeritatem et tam incredibilem cursum inventum putatis Non enim illum eximia vis remigum aut ars inaudita quedam gubernandi aut venti aliqui novi tam celeriter in ultimas terras pertulerunt. Sed he res que ceteros remorari solent non retardarunt. Non avaritia ab instituto cursu ad predam aliquam devocavit. Non libido ad voluptatem. Non amenitas ad delectationem non nobilitas urbis ad cognitionem Non denique labor ipse ad quietem Postremo signa et tabulas ceteraque ornamenta Grecorum oppidorum que ceteri tollenda esse arbitrantur. Ea sibi illa ne visenda quidem existimavit Itaque omnes quidem nunc in his locis Gnei (pectum) Pompeium sicut aliquem non ex hoc urbe

De temperantia

Articulus et sibi cadens

Non avaricia ab instituto Articulus et sibi cadens passus cum repet-

Nunc denique / repetitio

missu / Sed de celo lapsum intuentur. Nunc denique incipiunt
credere fuisse homines Romanos hac quondam abstinentia
quod iam nacionibus exteris incredibile ac falso memorie
proditum videbatur Nunc imperii vel nostri vestri / splendor illis gen-
tibus lucet. Nunc intelligunt non sine causa maiores suos
tum cum hac temperancia magistratus habebamus servire
populo Romano quam imperare aliis maluisse. Iam vero ita faci- De facilitate
les aditus ad eum privatorum, ita libere querimonie de aliorum
iniuriis esse dicuntur Ut is qui dignitate principibus excellit / pulchre
facilitate / infimis par esse videatur. Iam quantum consilio / Gravitate copia
quantum dicendi gravitate et copia valeat / in quo ipso
inest quedam dignitas imperatoria vos quirites in lo-
co esse ipso in loco sepe cognovistis. Fidem vero eius
inter socios quantam existimari putatis. Quam hostes omnium
gentium sanctissimam iudicaverit. Humanitate iam tanta est
Ut difficile dictu sit. Utrum hostes magis virtute eius pug- Nota
nantes timuerint. An mansuetudine victi dilexerint
Et quisquam dubitabit quin huic tantum bellum transmittendum
sit. Qui ad omnia nostre memorie bella conficienda
divino quodam consilio natus esse videatur. Et quoniam / Quartum quod principaliter attribuitur imperatori
auctoritas multum in bellis quoque administrandis atque imperio

Laus [illegible] de facilitate principis

De fide et humanitate

Laus pulchra / Epilogus prime particule

militari multum valet, certe nemini dubium est quin ea in re
ille idem ipse imperator plurimum possit. Vehementer
autem pertinere ad bella administranda, quid hostes, quid
socii de imperatoribus vestris existiment, quis ignorat, cum
sciamus in tantis rebus ut aut conti[n]ent, aut metuant
aut oderint, aut ament, opinione non minus fame quam
aliqua certa ratione commoveri? Quod igitur nomen umquam
in urbe terrarum clarius fuit? Cuius res geste pares?
De quo homine vos id quod maxime facit auctoritatem tanta
et tam preclara iudicia fecistis? An vero ullam usquam esse
oram tam desertam putatis quo non illius diei fama
pervasit, cum universus populus Romanus referto foro com-
pletisque omnibus templis, ex quibus hic locus conspici po-
test, unum sibi ad commune omnium gentium bellum Cn. Pompeium
imperatorem depoposcit? Itaque, ut plura non dicam, neque
aliorum exemplis confirmem quantum huius auctoritas valeat
in bello, ab eodem Cn. Pompeio omnium rerum egregiarum exem-
pla sumantur, cui quo die a vobis maritimo bello
prepositus est imperator, tanta repente vilitas anone
ex summa inopia et caritate rei frumentarie consecuta
est unius spe et nomine, quantam vix e summa ubertate
agrorum diuturna pax efficere potuisset. Iam accepta in

Pompei nomen 

[illegible] hoc ignorat [illegible] in locis

Ponto calamitate ex eo p̄lio, de quo vos paulo ante invitus admonui. Cum socii ptimuissent, hostiu opes, auxq creuisset satis firmu p̄sidiu provintia no haberet amisisset Asiam quirites, n̄ id ipm eius t̄pis divinitus Gne pompeiu, ad eas regiones fortua p̄pli Romani attulisset, huius adventus et mitridate insolita inflammatu, victoria ptinuit. Et Tigrane, magnis copiis, minitante Asie retardavit. Et quisq dubitabit quid vir tute profecturus sit, qui tm auc̄te profecit. Aut q̄ facile impio, atq exercitu, socios et vectigalia conservaturus sit. Cui ipo nomie ac rumore defenderit. Age vero no illa res, quatam declat eiusdem homnis apud hostes po. ro. auc̄tem. Et ex locis tam longinquis tamq diversis, tam brevi tempe omis una se dediderunt. Et cretensiu legati, cu in eoz insula noster impator exercitusq esset, ad Gn. Pom. in ultimas t'ras venerit, Eiq se omis cretensiu civitates, dedere velle dixerunt. Et idem iste Mitridates, nonne adeundem Gn. pom. legatu usq hispaniam misit. Eiq pom. legatu iudicavit, in quibz semper erat molestu, ad eum potissimu esse missum speculatorem, q̄ legatu iudicari maluerunt. Potestis iam constituere quirites, hanc auctoritatem multis postea rebz gestis, magnisq viris iudiciis amplificata.

cuntum apud illos reges. quantum apud exteras naciones
valituram esse existimetis. Reliquum est. Ut de felicitate
quam prestare de se ipso nemo potest meminisse et commemo-
rare de altero possumus, sicut equum est homini, timide et pauca
dicam. Ego enim sic existimo maximo Marcello. Scipioni, Ma-
rio, et ceteris magnis imperatoribus non solum virtute sed
eciam propter fortunam sepius imperia mandata atque exercitus
esse commissos. ffuit enim profecto quibusdam summis viris,
quedam ad amplitudinem et ad gloriam et ad res magnas
bene gerendas divinitus adiuncta fortuna. De autem huius hominis
felicitate quo de nunc agimus hac utar moderacione dicendi
Non ut in illius potestate fortunam positam esse dicam, Sed
ut de preterita meminisse reliqua sperare videamur. Ne aut
invisa diis immortalibus oracio nostra aut ingrata esse
videatur. Itaque non sum predicaturus quantas ille res domi
militieque terra marique quantaque felicitate gesserit. Ut
eius semper voluntatibus non modo cives assenserunt socii
obtemperarunt hostes obedierint, sed eciam venti tempesta-
tes que obsecundarunt. Hoc brevissime dicam, neminem umquam
tam impudentem fuisse, qui ab diis immortalibus tot et
tantas res tacitus auderet optare, quot et quantas dii im-
mortales ad Gneum Pompeium contulerunt. Quod ut illi proprium

Marginalia (left): [illegible] Marcello, Scipioni, Mario [illegible] / Et ceteris magnis imperatoribus [illegible] / Itaque non sum / Color qui dicitur compar / Dissolucio / Obsecundarunt

Marginalia (right): Commendat a parte [illegible] imperatoriis [illegible] felicitate [illegible] in Gneo Pompeio / Adaptat ad propositum et probat [illegible] felicitatem [illegible] Gneo Pompeio / Compar / Non modo / Color qui dicitur dissolucio, et distinctio / vel potantes

Quare cum et bellum, Hic est Epilogus generalis totius orationis [illegible] deliberative [illegible] in quo epilogo [illegible] sunt concludens recolligit quia [illegible] bellum [illegible] facilis [illegible] possit [illegible] Et bellum [illegible] Pompeius [illegible] quia [illegible] exercitum [illegible] et virtutes eximias Pompeii Et sic concludit ut [illegible] Et quis [illegible] dubitabit [illegible] bellum [illegible] Et [illegible] dubitabit quid [illegible] [illegible] ad quasdam [illegible]

consularem necesse esset. Credo quod principum munus esse dice-
bat resistere et levitati multitudinis et perditorum temeritati
ex consularibus te creavit potissimum. Dederas enim quam contemneres
tenuis populares insidias iam ab adolescentia documenta
maxima. Quamobrem iudices ut aliquando ad causam
crimenque veniamus si neque omnis confessio facti est inusitata
neque de causa quicquam nostra aliter ac nos vellemus a senatu
iudicatum est. Et lator ipse legis cum esset controversia nulla
facti iuris tamen disceptationem esse voluit. Et electi
iudices isti propositus questioni qui hec iuste sapienterque dis-
ceptet. Reliquum est iudices ut nichil iam aliud querere
debeatis nisi uter utri insidias fecerit. Quod quo facilius argu-
mentis perspicere possitis rem gestam vobis dum breviter
expono quesso diligenter attendite. P. Clodius cum
statuisset omni scelere in pretura vexare rem publicam

Margin: vel potentissimi — Epilogus confutationis — Epilogus — Epilogus — supple fecerit vel fecerit — Hic ... exordium divisio et confutatio

P. Clodius etc. Hic locus post argumentationem narrat. Narratio ista est in oratione breuis dilucida, verisimilis. Breuis quia ultra principium non incipit, non digreditur ab incepto, non ... ulterius quam satis est; dilucida est quia ut quicquam prius gestum est, prius exponit; ... ostendit animum Clodij et mores quid ... has gessit ... ut ... ordine fuerat ut gesta sit res. Quid fecit Clodius ut pretor, et quid fecit ne Milo esset consul, quid fecit ... videt futurum consulem. Et verisimilis est, cum dicit ut mos Clodij, ut ... ut opinio est de Clodio, habebat ... demonstrat fuisse spacium temporis et oportunitatem locorum et causas consiliorum, quod odio et ira accensus fuerat ... quod ... ad insidias, et Milo ... Quintilianus ... narrationem narrat ...

Videretque ita tractata esse comitia anno superiore ut non
multos menses preturam gerere posset, qui non honoris gradum
spectaret ut ceteri, Sed et L. paulum collegam effugeret
singulari virtute civem, et annum integrum ad lacerandam rem
publicam quereret, subito reliquit annum suum. Seque in
annum proximum transtulit. Non ~~ut~~ religione aliqua, sed
ut haberet quod ipse dicebat ad preturam gerendam. Hoc est
ad evertendam rem publicam, plenum annum atque integrum. Oc
currebat ei Marcam (vel mancam) et debilem preturam suam futuram
consule Milone. Eum porro summo consensu populi
romani consulem fieri videbat, contulit se ad eius com
petitores. Sed ita totam ut petitionem ipse solus etiam illis
invitis gubernaret, Tota ut comitia suis ut dictabat (vel dictitabat)
humeris sustineret. Convocabat tribus. Se interponebat.
Collinam (vel novam) nova delectu perditissimorum scribebat civium.
Quanto ille plura miscebat, tanto hic magis in dies
convalescebat. Ubi vidit homo ad omne facinus paratissimum
fortissimum virum inimicissimum suum certissimum consulem
idque intellexit non solum sermonibus, sed etiam suffragiis
populi Romani sepe esse declaratum, palam agere cepit et aperte
dicere occidendum Milonem. Servos agrestes et barbaros,
quibus silvas publicas depopulatus erat Etruriamque vexarat

Margin notes (left):
vel alias Mancham ... Clodius ... Milo ...
vel Coloniam
Miscebat et prevalebat ...
...

Margin notes (right):
Spargit suspitionem
Causa motiva
... suspitionem ...
... suspitionem ...

erat, ex appennino deduxerat quos videbatis. Res erat
minime obscura, etenim palam dictitabat consulatum
Miloni eripi non posse, vitam posse. Significavit
hoc saepe in senatu, dixit in contione. Quin etiam
favonio, fortissimo viro, quaerenti ex eo qua spe fureret
Milone vivo, respondit triduo illum, aut summum quatri-
duo, quatriduo periturum. Quam vocem eius ad hunc
M. Catonem statim statim Favonius detulit. Interi
cum sciret Clodius, neque enim erat difficile scire, iter
solempne legittimum necessarium ante diem xiii Kl. Febr.
Miloni lanuvium ad flaminem prodendum, quod erat dictator
lanuvii Milo, Roma subito ipse profectus pridie est, ut
ante suum fundum, quod re intellectum est, Miloni insi-
dias collocaret. Atque ita profectus est, ut contionem
turbulentam, in qua eius furor desideratus est, que
illo ipso die habita est, relinqueret, quam nisi obire
facinoris locum tempusque voluisset, numquam reliquisset.
Milo autem cum in senatu fuisset eo die quoad senatus
est dimissus, domum venit, calceos et vestimenta mu-
tavit, paulisper dum se uxor ut fit comparat, com-
moratus est, deinde profectus id temporis, cum iam Clo-
dius siquidem eo die Romam eo die venturus erat redire

Marginal notes (left): Probat quod dixit Tullius ... testibus in ... ; Necessarium iter ... causa et satis spatii ad perficiendum ... ; lanuvium ; lanuvii ; A causa et tempore arguit ; Milo fuerat ... dignitatis
Marginal notes (right): diffisa dicit dissoluta ; Demonstrat ... digito quod illic erat ; alias lanuvinum

Obviam, demonstratio usque ad finem narrationis :: in re ::

Ironice loquitur de Milone

potuisset. Obviam fit ei Clodius expeditus in equo, nulla
reda, nullis impedimentis, nullis grecis comitibus, ut so-
lebat, sine uxore, quod numquam fere; cum hic insidiator, qui iter
illud ad cedem faciendam apparasset, cum ux-
ore veheret in reda penulatus, vulgus magno et impe-
dimento, ac muliebri et delicato ancillarum puerorumque
comitatu. Fit obviam Clodio ante fundum eius hora
fere xi aut non multo secus. Statim complures cum telis
in hunc faciunt de loco superiore impetum. Adversi redarium
occidunt. Cum autem hic de reda reiecta penula desi-
luisset, seque acri animo defenderet, illi qui erant cum
Clodio, gladiis eductis, partim recurrere ad redam, ut a
tergo Milonem adorirentur; partim quod hunc iam interfec-
tum putarent, cedere incipiunt eius servos. Qui post erant,
ex quibus qui animo fideli in dominum erant et presentes fu-
erunt, partim occisi sunt, partim cum ad redam pugnari viderent,
domino succurrere prohiberentur, Milonem occisum et ex
ipso Clodio audirent, et ita esse putarent, fecerunt
id servi Milonis, dicam enim non derivandi criminis
causa, sed ut factum est, neque imperante, neque presente do-
mino, quod suos quisque servos in tali re facere voluisset.

Hucusque habuimus quod factum est ante rem; tangit illud quod fuit in re

Loci et temporis commoditas

Iudicium id quod fuit post rem

Obviam procedit fere, expeditus in re

Post rem

Ubi erat Milo

quod dicit narratio: ita fuit de facto, id est insidie facte fuerunt a Clodio contra Milonem.

Confirmatio

Hec sicut exposui ita gesta sunt, iudices. Insidiator

Hec sicut exposui: hic est confirmatio, pars secunda orationis, in qua quidem confirmatione Cicero per collectionem illum insidiatorem, superatum in vita [illegible] vel quecumque confirmatio [illegible] esse [illegible] in argumentum [illegible] expositioni artificiose iuncta. Et [illegible] Adducit [illegible] colorem qui dicitur comparatio [illegible], quia dicit Clodium iure cesum [illegible] videlicet utilitate reipublice et bonorum, et aliqua repetit [illegible] hic locus iudicialis absolute [illegible] [illegible] cum tractanat, in confutatione, [illegible] voluit [illegible] Clodia [illegible] iure [illegible] posse occidi [illegible] [illegible] per locum a [illegible] et per locum a consuetudine [illegible] aut liceat se defendere [illegible] latrones, aut si non liceat oportet perire in eorum insidiis, aut iudicum sententiis [illegible] utrumque videri [illegible] absurdum, et [illegible] fuisse Miloni a Clodio iugulari [illegible] non sit iugulatus ab eo a iudicibus condempnari. Asserens tamen quod si ita non sentitur [illegible] ut Milo potius debuit iugulum Clodio [illegible] [illegible] se in vita non sit absolute [illegible] Clodius sit occisus, quod plane fatentur Miloni, sed an iure sit occisus.

vi victa
Stipatus ~~in vita~~ uis . Vel potius oppressa virtute audacia est

Nichil dico quid res publica consecuta sit . nichil quid vos .

Nichil quid omnes boni . nichil sane id prosit Miloni .

qui hoc fato natus est . Ut ne se quidem seruare potuit

quin una rempublicam vosque seruaret . si quid iure non posset

Nichil habeo quod defendam . Sin hoc et ratio doctis

et necessitas barbaris . et mos gentibus . et feris natura

ipsa prescripsit ut omnem vitam suam propulsaret . Non po-

testis hoc facinus improbum iudicare . quin simul iudicetis

omnibus qui in latrones inciderint . aut illorum telis

aut vestris sententiis esse pereundum . Et si ita putasset certe (vel quam)

optabilius Miloni fuit dare iugulum P. Clodio non

semel ab illo . neque tamen primum petitum quam iugulari a vobis

quia se illi non iugulandum tradidisset . Sin hoc nemo

vestrum ita sentit . illud iam in iudicium venit . non occisusne (venit ad iudicium)

ne sit . quod fatemur . Sed iure an iniuria . quod multe

antea in causis iam quesitum est . Insidias factas esse

constat . Et id est quod senatus contra rem publicam

factum iudicauit . Ab utro facte sint incertum est . De

hoc igitur latum est ut quereretur . ita et senatus rem

non hominem notauit . Et pompeius de iure non de facto

questionem tulit . Num quid aliud igitur in iudicium venit

Marginal notes (left):

Nichil / Color qui dicitur repetitio Comparatio

Sin hoc / Color qui dicitur adiunctio

semper vim quacumque ope possent a corpore a capite de

Et id est . quod insidie facte sunt . senatus

latum est . quod pompeius ut quereretur uter utri insidias

Marginal notes (right):

Dissolutio et correptio

Nos / a iudicibus sit conseruati

Desperatio . iudicium

Vitium dialogismo poetico

Deprecatio . de quo querebatur

nisi uter utri insidias fecerit. Profecto nichil si hic illi ut ne sit impune, si ille huic tum nos scelere solvamur. Quonam igitur pacto probari potest insidias Miloni fecisse Clodium. Satis est quidem in illa tam audaci, tam nefaria belua docere. Magnam ei causam, magnam spem in Milonis morte propositam, magnas utilitates fuisse. Itaque illud Cassianum cui bono fuerit in his personis valeat. Etsi boni nullo emolumento impelluntur in fraudem improbi sepe parvo. Atqui Milone interfecto Clodius hoc assequebatur non modo ut pretor esset non eo consule quo sceleris nichil facere posset. Sed etiam ut his consulibus pretor esset, quibus si non adiuvantibus at tamen conniventibus certe speravisset se posse eludere in illis suis cogitatis furoribus. Cuius illi conatus ut ille ratiocinabatur nec si cuperent reprimere possent. Cum tantum beneficium ei se debere arbitrarentur. Etsi vellet fortasse vix possent frangere hominis sceleratissimi corroboratam iam vetustate audaciam. An vero iudices vos soli ignoratis. Vos hospites in hac urbe versamini. Vestre peregrinantur aures neque in hoc pervagato civitatis sermone versantur. Quas ille leges, si leges nominande sunt ac non faces urbis, pestes rei publice, fuerit

Quonam igitur pacto. Cicero volens ad causam ex parte Clodii et arguit a probabili a vita

Expositio. Confirmatio coniecturalis qua manifestat insidias Clodii

Magnam ei, particula

Itaque illud, propter quandam expositionem

Arguit a probabili a causa commodorum appetendorum

Propositio secunda est causa

Reddit vos quasi a Clodio facti, patentis fuisse in Clodio, hac commodi appetendi

al. rumoribus

Ex soli peregrini in Hierusalem

vnc ex coplicib3 p. clodij

impositurus nobis omnibz atq universis Exhibe queso sexte clodi / exhibe

librarium illud legum vestrarum / quod te aiunt eripuisse e domo

Et ex medijs armis turbaq nocturna / tanq palladium

sustulisse / vt preclarum inde munus / atq instrumentum tribunatus

ad aliquem / si nactus esses eum / qui tuo arbitrio / tribuna-

tum gereret / deferre posses. Et aspexit me quidem illis ocu-

lis / quibz tum solebat cum omnibz minabatur. Movet me quip-

pe lumen curie / Quid tu me iratum sexte putas tibi. Cuius tu

inimicissimum / multo crudelius etiam punitus es quam non

erat humanitatis me postulare. Tu p. clodij cruentum

cadaver eiecisti / domo tu spoliatum ymaginibz exequijs /

pompa / laudacione infelicissimis semiustulatum lignis noc-

vel quare tamen

turnis canibus dilaniandum reliquisti. Quare etsi nefa-

vel nefarie

rie fecisti tamen quoniam in meo inimico crudelitatem exprompsi-

sti tuam laudare non possum / irasci certe non debeo.

P. clodij preturam non sine maximo rerum novarum mo-

tu / propositam fore videbat / Nisi esset is consul

vel firmiter

qui eam auderet possetq constringere / Eum Milonem

vel qui

esse unum sentiret universus populus Romanus / Quis du-

bitaret suffragio suo se metu periculo rempublicam

vel ob

liberare. At nunc P. clodio usitatis iam rebus enitendum

obnitendum est Miloni / Vt tueatur dignitatem suam. Sin-

gularis

Margin, left:

l. bbella rium [gloss on "librarium"]

l. lumen

alii inimicissimum

Articulus

Pro milone

Margin, right:

Exhibe c[on]duplicatio

vel ibidem vel rex [illegible]

Tu publij / Repeticio

Deinde ostendit quod preturam p. clodij verisimiliter plus Milone consulatum affectabat / vt hic dum suscipiat argumentum vnum quod clodius alterum quod milonem quod clodius optasset sibi propter quod fuisse magnam causam vt non solicito

Foot of page:

non nitetur quod milonem ad suam dignitatem defendendam / quoniam non quod ad fructum sit propter impossibile a causa dicit vt fieri docet in parte clodium insidias fecisse Miloni / Argumentum non pro milone / quia tale quale docet Cicero fuisse in parte defensionis / negamus sed fuisse causam omnibus ei qui defendit / vel contemnamus / Ostendit itaque non solum / propter mortem clodij non prosit Miloni / sed noceat / vt nos in arte docet / in qua constitucio / defendendum.

vel fungebatur vel erigebatur

illa h[ui]c viri concessa gloria. frangebatur, frangendis furoribus Clodianis. Iam Clodii morte cecidit. Vos adepti estis. Ne quem civem metueretis. Hic excitator virtutis suffragatio consulatus, fontem perenne glorie sue perdidit. Itaque milonis consulatus qui vivo Clodio labefactari non poterat, mortuo deniq[ue] tentari ceptus est. Non modo igitur nichil prodest Sed obest etiam p[ro] Clodii mors Miloni. At valuit odium. fecit iratus. fecit inimicus. fuit ultor iniurie. punitor doloris sui. Quid si hec non dico, maiora fuerant in Clodio, q[uam] in Milone. Sed in illo maxima. Nulla in hoc. Quid vultis amplius. Quid enim odisset Clodium Milo, segetem ac materiem sue glorie preter hoc civile odium quo omnes improbos odimus. Ille erat ut odisset primum defensorem salutis mee deinde vexatorem furoris, domitorem armorum suorum. Postremo etiam accusatorem suum. Reus enim Milonis lege Plotia fuit Clodius quo ad vixit. Quo tandem animo hoc tirannum tulisse credetis. Quantum odium illius, et in homine iniusto. q[uam] etiam iusto. Reliquum est. Vt iam illum natura ipsius consuetudoq[ue] defendit. Hunc autem hec eadem coarguant. Nichil per vim umq[uam] Clodius, omnia per vim Milo

que quodam erigebatur

Conclusio

Demonstrat insidiatum Clodium [...]

Yronice

Concludit [...]

At valuit / [...]

Quid si [...]

Alia argumenta sumpta a vita [...]

milo attulit
intentavit m

Cum ego iudices cum merentibus vobis urbe cessi non suos
non arma nec vim. Que fuisset igitur causa restituendi mei
nisi fuisset iniusta eiciendi. Diem michi credo dixerat Mult
tam irrogaverat actionem perduellionis intenderat. Et
michi iudices in causa aut vera mala aut mea nec
preclarissima et iudicium timendum fuit servorum et egentium civium
et facinorosorum armis meos cives meis consiliis peri
culisque servatos pro me obici nolui. Vidi enim vidi hunc ipsum
Q. ortensium lumen et ornamentum rei publice pene interfici
servorum manu cum michi adesset. Qua in turba C. Vibien
senator vir optimus cum hoc cum esset una ita est mulctatus
ut vitam amisisset. Itaque quando illius postea sica illa
quam a katalina acceperat conquievit. Hec intentata no
bis est. Huic ego vos obici pro me non sum passus.
Hec insidiata pompeio est. Hec istam Appiam mo
nimentum sui nominis nece papirii cruentavit. Hec eadem
longo intervallo conversa rursus est in me. Nuper quidem
ut scitis me ad regiam pene confecit. Quid simile
Milonis. Cuius vis omnis hec semper fuit Ne P. Clodius
cum in iudicium detrahi non posset vi oppressam civitatem
teneret. Quem si interficere voluisset quante quotiens occa
sio quam preclare fuerunt. Potuitne cum domum ac deos

Probat sicut dixit argumenta sumpta a vita ad defensionem
meam vel ipse milo vel attulit

Removet dubium qui dicit de iure fuisti expulsus

Conduplicatio

Removet aliud dubium

Multato i. punito dampnato vibero

Hec insidiata Pompeio Repetitio

Dirigit ad solutionem similes defensionem

Removet argumentum sumptum a vita aliorum per que et arguit a vita ipsius clodii

Declarat

Removet a Milone similia

Inducit aliam argumentationem sumptam ab actione et a tali
loco per confutationem quod actione perdonavit
perdita vel omissa

penates suos illo oppugnante defenderet iure se ulcisci? Potuit, ne cum civi egregio P. Sestio collega suo vulnerato? Potuit, ne Fabricio viro optimo, cum de reditu meo legem ferret pulso, crudelissima in foro caede facta? Potuit ne L. Cecilii iustissimi fortissimique pretoris oppugnata domo? Potuit ne illo die, cum est lata lex de me? Deinde cum totius Italie concursus, quem mea salus concitarat, facti illius gloriam libens agnovisset, ut etiam si id Milo fecisset, cuncta civitas eandem laudem pro sua vindicaret? Atque tempus erat clarissimus et fortissimus consul, inimicus P. Clodio, Lentulus ultor sceleris illius, propugnator senatus, defensor vestre voluntatis, patronus illius publici consensus, restitutor salutis mee, septem pretores, octo tribuni plebis illius adversarii, defensores mei, Cn. Pompeius auctor et dux mei reditus, illius hostis, cuius sententiam senatus omnis de salute mea gravissimam et ornatissimam est secutus, cum populum Romanum cohortatus, cum de me decretum Capue fecisset, ipse cuncte Italie cupienti et eius fidem imploranti signum dedit, ut ad me restituendum Romam concurrerent. Omnia tum denique in illum odia civium ardebant desiderio mei, quem cum interemisset non de impunitate eius, sed de premiis cogitaret, tamen se Milo continuit. Et P. Clodium ad iudicium iuris ad vim

Margin notes:

et viro fortissimo P. Sextio

Ultor sceleris illius

fecisset

Aliud argumentum ad probandum quod Milo numquam fecerit aliquid per vim

Agit secundo a simili argumento. Aliud argumentum ad probandum quod milo nunquam fecerit aliquid per vim

et reo ad populum accusante P. Clodio, cum in Gn. Pompeium pro Milone dicentes

nunquam vocavit. Sed provocato Milone dicente impetus factus est. Cui tu non modo occasio sed in causa illius opprimendi fuit. Nuper vero cum M. antonius summam spem salutis bonis omnibus attulisset. Gravissimamque adolescens nobilissimus rei publice partem suscepisset. Atque illam beluam iudicii laqueos declinantem, iam irretitam teneret, qui locus. quod tempus illud dii immortales fuit. Cum se ille fugiens in scalarum tenebris abdidisset magnum Miloni fuit conficere illam pestem. nulla sua invidia. Anthonii vero maxima gloria. Quid comitiis in campo. Quotiens potestas fuit cum ille (vel illa, se) in septa ruisset gladios destringendos. lapides iaciendos. curavisset, deinde subito vultu Milonis perterritus fugeret ad Tiberim. Vos et omnes bona vota faceretis (vel fecit), Ut Miloni uti (vel uti) virtute sua liberet. Quem igitur cum omnium gratia voluit, hunc voluit cum aliquorum querela. Quem iure, quem loco, quem tempore, quem impune, non est ausus. hunc iniuria iniquo loco. alieno tempore periculo capitis non dubitavit occidere, presertim iudices, cum honoris amplissimi contentio, et dies comitiorum subesset. Quo quidem tempore scio enim quam timida sit ambitio, quantaque et quam sollicita cupiditas consulatus, omnia non modo que reprehendi palam, sed etiam obscure que cogitari possunt

Adducit aliud argumentum

alias vi septa

Colligit omnia supradicta. Quem igitur repetit

Quem igitur argumentum a repugnantibus multiplicatur ut ait Quintilianus libro quinto capitulo de [illegible]

Probat maximam rationem fuisse Miloni in impetrando consulatum occidisse Clodium

Arguit al[illegible]

timencius rumore, fabulam fictam, falsam perhorrescimus
Ora omnium atque oculos intuemur. Nichil enim est tam
molle, tam tenerum, tam aut fragile aut flexibile,
quam voluntas erga nos, sensusque civium, qui non modo
improbitati irascuntur candidatorum, sed eciam recte factis
sepe fastidiunt. Hunc igitur diem campi speratum atque ex
optatum proponens sibi Milo, cruentis manibus scelus
et facinus pre se ferens et confitens ad illa augusta
centuriarum auspicia veniebat. Quam hoc non credibile
in hoc, tam idem in Clodio non dubitandum, qui se interfec-
tis Milone regnaturum putaret. Quid quod caput audacia
est iudices. Maxima illecebram esse peccandi impu-
nitatis spem. In utro hoc igitur fuit? In Milone? Qui
eciam nunc reus est facti aut preclari aut eciam certe necessarii.
An in Clodio, qui ita iudicia penasque contempserat
Ut eum nichil delectaret quod aut per naturam fas esset
aut per leges liceret. Sed quid ego argumentor? Quid plu-
ra disputo te, Quinte Petili, appello optimum et fortissimum
civem te, Marce Cato, testor. Quos michi divina quedam sors
dedit iudices. Vos ex Marco Favonio audistis Clodium
sibi dixisse et audistis vivo Clodio periturum Milone tri-
duo. Post diem tercium gesta res est quam dixerat

Ille non dubitaret, apparare quid faceret. Quemadmodum igitur
cum dies non fefellit videtur dixi eque modo dicta-
tori Lanuuii sacra sacrificia nosse negotii michil erat
vidit necesse esse Miloni proficisci Lanuuium illo ipso
quo est profectus die. Itaque ante uertit. At quo die? quo
ut antedixi in sanissima contio ab ipsius mercenario
tribunoplebis concitata. Quem diem ille, quam contionem,
quos clamores, nisi ad cogitatum facinus approperaret numquam
reliquisset. Ergo illi ne causa quidem itineris etiam
causa manendi. Miloni nulla facultas exeundi non causa
solum, sed etiam necessitas fuit. Et si ut ille sciuit Milonem
eo die fore in via, sic Clodium Milo, ne suspicari quidem po-
tuit. Primum quero et quo qui scire potuit? Et vos idem in
Clodio querere non potestis. Ut enim neminem aliud nisi
Titum Patinam familiarissimum suum rogasset, scire potuit
illo die ipso Lanuuii a dictatore Milone prodi flaminem
necesse esse. Sed erant permulti alii, ex quibus id facillime
scire possent, omnes scilicet Lanuuini. Milo de Clodii reditu
unde quesiuit? Quesierit sane, videte, quid vobis largiar.
Seruum etiam atque ut Q. Arrius amicus meus dixit cor-
rupit. Legite testimonia vestrum testium uerorum. Dixit
C. Causinius cognomine Scola interamnis familiaris meus,

al. apparaet

Ad q[illegible]

Urguit a testibus

Interamnis pronomen [illegible] melius gentile

probat Clodium restitisse et Milonis 2o ego

et idem Comes Clodij. Cuius iam pridem testimonio
Clodius eadem hora interemptus fuerat. Et ratione P. Clodium
illo die in albano Mansurum fuisse, sed subito ei esse nunti-
atum, Cirum architectum esse mortuum, Itaque roma repen-
te constituisse proficisci. Dixit hoc Comes iter (vel item) P. Clo-
dij. C. Clodius. Videte iudices quante res his testimo-
nijs sunt confecte, primum certe liberatur Milo. non eo consilio — Confutat ista testimonia
profectus esse. Ut insidiaretur in via. Clodio quippe
si ille ei obuius futurus omnino non erat. Deinde enim non
video cur non meum agam negocium. Scitis iudices fuisse
qui in hac rogatione suadenda dicerent. Milonis ma-
nu cedem esse factam. Consilio vero alicuius maioris
videlicet me latronem ac sicarium abiecti homines et perditi
describebant. Iacent suis testibus hi qui clodium negant
eo die Romam nisi de ciro auditu rediturum. Respiraui — Respiraui / dissoluitur
liberatus sum non vereor ne quid ne suspicari quidem
potuerim videar id cogitasse. Nunc persequar cetera. Nam
occurrit illud ne Clodius quidem de insidijs cogitauit. Cum — Apte confutat testimonium contra milonem factum
fuit in Albano mansurus, Siquidem exiturus ad cedem e
villa fuisset. Video enim illum qui dicitur de Ciri morte
nunciasse Nam quid de Ciro nunciaret. quem Clodius Rome
proficiscens reliquerat morientem. Una fui. Testamentum — Yronice loquitur

situs obsignavi tum Clodio. Testamentum autem palam fecerat
Et illum heredem, et me scripserat. Quem pridie hora tertia
animam efflantem reliquisset, eum mortuum postridie hora
xa ei nuntiabatur. Age sit ita factum. Que causa, cur
Romam properaret. Cur in noctem se coniiceret. Quid affe-
bat festinationis, quod heres erat. Primum erat nichil. Cur
properato opus esset. Deinde si quid esset. Quid tandem
erat, quod ea nocte consequi posset. Amitteret autem, si postri-
die mane Romam venisset. Atque ut ille nocturnus
ad urbem adventus vitandus potius, quam expetendus fuit.
Sic Miloni, cum insidiator esset si illum ad urbem
nocte accessurum sciebat, sustinendum, atque expectandum
fuit. Nemo enim ei neganti non credidisset, quem esse
omnes salvum etiam confitente volunt. Sustinuisset hoc
crimen. Primum ipse ille latronum occultator, et receptor
locus, denique nec soluta, muta solitudo indicasset, neque
ceca nox ostendisset Milonem. Deinde ubi multi ab illo vio-
lati, spoliati bonis, expulsi multi, hec etiam timentes
in suspicionem caderent. Tota denique rea citaretur etruria.
Atque illa die certe aritia, rediens divertit Clodius ad Al-
banum, quod nisi sciret illum, Milo aritie fuisse suspicari
tamen debuit. Cum etiam si Romam eo die venire vellet

Marginalia: vel alias concurrent — Age sit, arguit ab occasione — Alia ratio proced… — 3a racio … — X … — Non de aritio … Etrurie vel …

Video adhuc constare. Hic est Epilogus sive ultima adiecta parte confirmationis propter longitudinem ne iudices confunderentur et ea que dicta sunt [illegible] breviter colligit, ut ad iudicum memoriam adduceret, [illegible] omnes locos parte Epilogi [illegible] retulit quibus [illegible] insidiatus est Clodius [illegible] a Milone removendo [illegible] argumento ut breviter [illegible] videatur [illegible] ad memoriam reducenda.

Complexio

ad villam suam qui viam tangeret deversurus. Cur neque ante occurrit ne in villa resideret. Nec eo in loco subsidit quo ille noctu venturus esset. Video adhuc constare omnia iudices Miloni etiam utile fuisse Clodium vivere. Illi ad ea que concupierat optatissimum interitum Milonis fuisse odium illius in hunc acerbissimum perpetuam in inferenda. Huius tamen in repellenda mortem ab illo denuntiatam palam Miloni et predicatam. Nichil umquam auditum ex Milone, profectionis huius diem illi notum, Reditum illius huic ignotum fuisse, huius iter necessarium. Illius etiam potius alienum, hunc prae se tulisse illo die Romam exiturum, illum eo die se dissimulasse (vel li) rediturum, illius rei mutasse consilium. Illum causam mittendi consilii fuisse. Huic si insidiaretur noctem prope urbem expectandam. Illi etiam si hunc non timeret tamen accessum ad urbem nocturnum fuisse metuendum. Videamus nunc id quod caput est. Locus ad insidias ille ipse ubi congressi sunt utri tandem fuit aptior. Id vero iudices etiam dubitandum et diu ille ipse. Ubi congressi sunt (vel res facta est) et diutius cogitandum est. Ante fundum Clodii. Quo in fundo propter insanas illas substructiones facile hominum milia (vel mille) versabantur aduisari. Atqui ex

Epilogus parte confirmationis [illegible] [illegible] Avita [illegible] illud [illegible] tale [illegible]

Videamus nunc id quod [illegible] in [illegible] Cicero [illegible] confirmationis

Videamus. Nunc arguit a loco [illegible] caput est [illegible] in [illegible] utrum insidias [illegible] Ironice [illegible]

Ironice

Clodius fecerat [illegible] cavernas quasdam aggeres in fundo suo, in quibus stetissent absconsi multi homines qui vidissent venientes et tamen a nullo videri potuissent

Videamus nunc id / Alia confirmatio in qua [illegible] et arguit a loco [illegible] locus dicitur [illegible] ad insidias Clodio fuisse aptissimus Miloni vero non aptus [illegible] Ironice dicat dubitandum esse utri ad insidiandum locus fuit aptior, vel Clodio vel Miloni [illegible] in fundo Clodii gesta sit res

celso loco superiore se fore putabat Milo. Et ob eam rem
eum locum ad pugnam potissimum, aut in eo loco potius
expectandum ab eo, qui ipsius loci spe facere impetum cogitarat.
Res loquitur iudices ipsa, que semper valet plurimum, si
hec non gesta audiretis, sed picta videtis (vel tamen), tum appareret uter
esset insidiator. Uter nichil cogitaret mali. Cum alter
veheretur in reda penulatus, una sederet uxor. Quid horum
non impeditissimum vestitus, an vehiculum, an comes.
Quid minus ad pugnam. Cum penula irretitus, reda
impeditus, uxore pene constrictus esset. Videte nunc illum
primum egredientem e villa subito (vel quid). Cur vesperi. Quid necesse
est tarde qui convenit presertim id temporis. Quod divertit in villam
pompei. pompeium ut videret. Sciebat procul in Alsi-
ensi esse villam. Ut villam. Etsi pompeium non perspiceret
Miliens in ea fuit. Quid ergo erat mora et tergiversationis.
Dum hic veniret, locum relinquere noluit. Age nunc (vel agite)
iter expediti latronis, cum Milonis impedimentis comparate
Semper ille antea cum uxore, tum sine ea numquam in reda
tum in equo. Comites greculi quocumque ibat. Etiam
tum in castra etrusca properabat. tum nugarum in
comitatu nichil. Milo, qui numquam tum tamen pueros sim-
phoniacos uxoris ducebat, et ancillarum greges. Ille

Respondet et detegit insidias

Cum penulatus, talis / Modo loquitur de Clodio / Cur vesperi, arguit a tempore

Videte nunc illum primum egredientem / Clodium insidias etc. per locum ab arte, a parte potiti. Cum demum subito egressus erit e villa [illegible] quod fecit [illegible] consuetudinem in alio tempore [illegible] [illegible] quid vesperi.

Divertit in villam pompei / Arguit per locum a parte potiti, cum ostendit fuisse Clodium in villa pompei [illegible] [illegible] aut ad visitandum pompeium aut [illegible] ville sufficienter erat, et demum Clodium locum illum tergiversari et moram relinquere noluisse donec Milo qui insidiabatur accideret. [illegible] Clodius [illegible] uxorem ducebat nec etiam [illegible] Certe [illegible] [illegible] uxorem [illegible] non ita [illegible] erat

scilicet Ecce quod spes fuerit se [illegible] in loco, et ad oportunitatem ipsius loci.

Modo detegit [illegible] in ipso loco

Age nunc iterum arguit ab [illegible] perficiendi

Semper ille antea / Clodius solebat ducere secum [illegible] histriones [illegible] voluptatem, et libidinem [illegible] habebat.

Uter nichil cogitaret mali. / Deinde arguit per locum ab [illegible] [illegible] ad rem [illegible], an in Clodio, an in Milone locum habeat [illegible] perficiendi sceleris spe, quod esse [illegible] in Clodio vult intelligi et in Milone non. [illegible] apparatum Cum ipse veheretur penulatus in reda una sederet uxor.

qui semper secum scorta exoletos uxorem ducebat et semper lupas duceret, tum neminem nisi ut virum a viro lectum esse dices. / Cur igitur victus est? Quia non semper viator a latrone non numquam etiam latro a viatore occiditur. Quia quamquam paratus in paratu Clodius tamen mulier inciderat in viros. Nec vero si erat umquam non paratus Milo contra illum, ut non satis fere esset paratus, semper ille Et quantum interesset P. Clodii se perire. et quanto illi odio esset, et quantum illi auderet cogitabat. Quamobrem vitam suam quam maximis premiis propositam, et pene addictam sciebat numquam in periculum sine presidio, et sine custodia proveheb at. Adde casus. Adde incertos exitus pugnarum. Matremque communem. Qui sepe spoliantem iam, et exulantem evertit, et perculit ab abiecto. Adde inscitiam pransi poti oscitantis ducis. Qui cum a tergo hostem interclusum reliquisset Nichil de eius extremis comitibus cogitavit. In quos incensos ira, vitamque domini desperantes cum incidisset, hesit in hiis penis quas ab eo servi fideles pro domini vita expetiverunt. / Cur igitur eos manu misit? Metuebat scilicet ne indicaretur. ne dolorem perferre non possent. Ne tormentis cogerentur Occisum esse a servis Milonis in Appia via P. Clodium confiteri. Quid opus est tortore? Quid queris? Occident

non
viator, latro

servi fideles

Servi Milonis dominum Milonem iam interfectum, sicut Clodius dixerat, in ipsa insulti talis desperati obicerunt se morti pro vindicta sui domini, et occiderunt Clodium

Cur igitur victus / Confutat obici posse. Cur ergo si in apparatibus tantis erat Milo, Clodius apparatus ille vicit ille succubuit atque occisus est hac suspicione complete diluit, et etiam ea que sibi posset obici de manumissione servorum ... apparent ex consilio ante ... ad insidias ... quod pandi per servos timet si eos in servitute reliquisset ... fateatur ... et ... cogitatum maleficium aut timorem aliquid confessione ... in tali ... fuisse ... manumissos ... Clodianis ... libertate videbantur ... Milonem ... testes ... questionem ... testes et testium ... et ... Etenim ... ut dixit in arte, in defensionis ... aliter defensionis ... iniusta ... loci ... dissolvitur in hac confirmatione ... Clodianorum obiciunt Milonis roborat confirmatione ... faciat ... in hac potissime causa Clodianorum ... insidias fecit ... qui se ... insidiarum purgett ... flectit in alterum unde fit ... roborat ... artificiose misceatur

ne: Occidit iure, an iniuria. Nichil ad tortorem, confacti
enim in eculeo quo est, iuris in iudicio, Quid igitur in causa
querendum est id agamus. Hoc quod tormentis invenire
vis, id fatemur. Manu vero cur miserit, si id potius quereres (Abundans pecunia)
alias que
quam cur parum amplis affecerit premiis, ne scis inimici factum
vel hoc
reprehendere. Dixit enim hic idem, qui omnia semper constanter
et fortiter M. Catho dixitque in turbulenta contione (Dicit: supplet auctoritatem Cathonis istorum manumissionem fuisse unde instarum ... fuisse)
que tamen huius auctoritate placata est, non libertate
solum, sed omnibus premiis dignissimos fuisse. Quid dum caput
defendissent, Quid enim premium satis magnum, tabem
volis, tam bonis, tam fidelibus servis, propter quos vivit?
Etsi id quidem non tanti est quam quod propter eosdem non sanguine
et vulneribus suis, crudelissimi inimici mentem
oculosque satiarunt, Quos nisi manumisisset tormentis (Conservatores ... tedicis) (Repetit dictum ...)
etiam dedendi fuerunt. Conservatores domini, ultores sceleris,
defensores necis, hic nota: non habet in his malis
quod minus moleste ferat, quam etiamsi, quid ipsi
accidat, esse tamen illis meritum premium persolutum. Sed (Arguit contra questiones et testes) (Hic est 3a pars confutationis)
questiones urgent Milonem, que sunt habite nunc in atrio
libertatis, Quibusnam de servis rogas? De P. Clodii, Quis (Cuius eos postulavit)
eos postulavit? Appius. Quis produxit? Appius. Unde? (Complices)
ab Appia. Dii boni quid potest agi severius? De servis
nulla questio est in dominum, Nisi de interitu, ut fuit in

in Clodium: proxime deos accessit clodius quam prius quantum
tum ad ipsos penetrarat. Cuius de morte tanquam de termino, — Et sic derisiue et vituperat cerimonias suas
nisi violatis queritur. Sed tamen maiores nostri in dominum
de servo queri noluerunt, non quia non posset verum inve-
niri: sed quia videbatur indignum esse et domini morte
ipsa tristius (vel tristis). In reum de servo accusatoris cum queritur, —
verum inveniri potest. Age vero qui erat: aut qualis que-
stio. Huius ubi responsio: ubi causa: Clodius insidias
fecit Miloni: fecit. Certa crux. Nullas fecit: sperata li-
bertas. Quid hac questione certius: subito arreptum in
questionem tamen separantur a ceteris, et in archas coniciuntur
ne quis cum his colloqui possit. Hi centum dies penes
accusatorem cum fuissent ab eo ipso accusatore producti sunt.
Quid hac questione dici posset integrius: quid incor-
ruptius: Quod si non dum satis (cer)nitis, cum res ipsa — Quod si non dum satis cernitis. Confirmatio arguit magnam innocentiam Milonis per locum a consequentibus ante signa innocentie que sequi solent vel autem hic loco vel defensor, nullo scelere.
tot, tam claris argumentis, signisque luceat, pura mente
atque integra Milonem nullo scelere imbutum nullo metu
perterritum, nulla conscientia exanimatum (vel exanimatum) Romam revertisse — Vel non recognoscitis confirmacionem — Celeritatis reditus
recordamini per deos immortales, que fuit celeritas reditus
eius, qui ingressus in forum ardente curia: que magni-
tudo animi, qui vultus, que oratio. Neque vero se populo
solum, sed etiam (se tradidit) senatui: Neque senatui modo, sed etiam

[Left margin:] Cum res ipsa tota claris argumentis signisque luceat ... — tradidit

Quod si non dum satis cernitis. De hinc ultimo confirmatio arguit magnam Milonis innocentiam per locum a consequentibus ante signa innocentie que sequi solent, et hic loco quo utitur ut defensor, certi defensorum uti docet arte cum non potuerit rerum. Nam ipsum innocentia fretum venisse et securum, sed cum et rogat ut recordentur celeritatem sui reditus ingressusque in forum curia tunc maxime ardente, magnitudinem animi, vultum, oracionis [illegible] cum sese populo innocentia commisisse, et tradidisse iudicio. Nam id non fecisset nisi tutus de innocentia sua [illegible] fuisset. Cum vero maius [illegible] dicit [illegible] non sine ratione senatum [illegible] Milonis [illegible] videndo [illegible] animi sui et constanciam defensionis. Deinde locum hunc [illegible] a consequentibus corroborat, per locum [illegible] fuisse falsos [illegible] demonstrat [illegible] nisi [illegible] Milo [illegible] defendere [illegible] falsorum facta per locum [illegible] detegit atque aperit Milonis innocentiam, per locum a consequentibus [illegible] tetigit, possent [illegible] per locum [illegible] a consuetudine [illegible] accusatorum reum, qui se dicit populo [illegible] et spem innocentie [illegible] fuisse [illegible] accusatoris ita [illegible] dicat reum usque adeo premeditatum fuisse, quid sibi esset [illegible] ut confidentissime [illegible] confidencie non innocentie. Ne igitur isto loco uti possent Clodiani [illegible] Milonem [illegible] arte [illegible] eodem loco, quo [illegible] a consequentibus [illegible] rei sue innocentiam defendendam accepit [illegible] insidiarum [illegible] alia omnia obiecta Miloni [illegible] sustinuit et contempsit [illegible] recepta fuerunt falsa [illegible] contempsit videlicet [illegible] de insidiis falsum esse, quod scelus non contempnat et sic non confidencie sed innocencie [illegible] ingenio [illegible] aggerat illa [illegible] dicens ea fuisse que nullus [illegible] nullus [illegible] innocens nisi [illegible] fortissimus [illegible] negligere potuisset. Per hoc innocentie Milonis cumulat fortitudinem singularem que [illegible] nocente esse non potuisset. Esse autem potuit in Milone qui erat fortis et innocens et despexit omnia illa 6

Verte et invenies ubi dicitur | Cuncta que dixit etc. | quod est hic adhuc pertinet et spectat

6

[illegible] que dicit non delata solum sed pene edita ut hic repudiata, sed quesita ut audiat eorum falsitatem [illegible] nisi in questione detecta, ne possit opinionem verum fuisse, sed non investigata, propterea Pompei diligentiam in tali inquisitione [illegible] et laudat eo, quod regens rem publicam hec audire non multa non patiuntur [illegible] Miloni eleganter diligentiam, ne [illegible] Milonem videatur diligentiam [illegible]. Et ita de eo [illegible] Milonem, a senatu quod Miloni nil aliud [illegible] fuisse cum [illegible] de his quibus [illegible] fuit diligenter perquisitum [illegible] in quo multa vere tollit [illegible] possit magis [illegible] vel ut si [illegible] suspicio, quod Pompeius [illegible] Milonis

[illegible] adiutor, [illegible] altitudinis [illegible] veri [illegible] a nullis [illegible] inquisitionibus [illegible] Pompeius [illegible] arma, [illegible] suspicionum [illegible] videtur [illegible] purgatione laborare, vel ut omnes auditores intelligerent [illegible] Pompeiane sententie [illegible] ita ut ipse sentit [illegible] Milonem absolvi oportet [illegible] salutem [illegible] mostravit [illegible] potuisse esse suspicionem aut metum [illegible] Pompeius [illegible] causa [illegible] non fuisse [illegible] timore suspicionem, aut metum [illegible] dicat Pompeium [illegible] urbe maiore [illegible] denique [illegible] non fuisse, [illegible] armis [illegible] iudicium in [illegible] consiliis [illegible] qui [illegible] ipse tollet [illegible] de Milone suspicionem aut metum [illegible] cum arma haberet a senatu data [illegible] conservatore rei publice cum metu [illegible] ut in [illegible] iudicium [illegible] et [illegible] vir, qui tollet ipsum [illegible] ut [illegible] quodam [illegible] ipse [illegible] arma [illegible] non ad [illegible] sed ad [illegible], ut [illegible] causa iudices possint [illegible] iudicare.

publicis presidiis et armis. Neque his tamen Verum etiam ei potestati Cui senatus totam rem publicam omnem Italie pubem cuncta populi Romani arma commiserat. Cui numquam profecto tradidisset, nisi cause sue confideret, presertim viro audienti magna metuenti multa suspicanti, nonnulla credenti. Magna vis est conscientie iudices. Et magna in utramque partem. Ut neque timeant qui nichil commiserint, et penam semper ante oculos versari putent qui peccarint. Neque vero sine ratione certa causa Milonis semper a senatu probata est. Videbant enim sapientissimi homines facti rationem presentiam animi defensionis constantiam. An vero obliti estis iudices recenti illo nuntio necis Clodiane non modo inimicorum Milonis sermones, et opiniones, sed nonnullorum imperitorum. Negabant eum Romam esse rediturum. Sive enim illud animo irato ac percito (al. perdito) fecisset ut incensus odio trucidaret inimicum arbitrabantur eum tanti mortem P. Clodii putasse, Ut equo animo patria careret. Cum sanguine inimici explesset odium suum Sive etiam illius morte patriam liberare voluisset, non dubitaturum fortem virum, quin cum suo periculo salutem populo Romano attulisset. Cederet equo animo legibus secum auferret gloriam sempiternam vobis hec fruenda relinqueret

Cui senatus

Magna [illegible]

arguit que rumores

Credet equo animo [illegible]

quae ipse suasisset. Multi etiam Catilinam atque illa portenta loquebantur. Erumpet. occupabit aliquem locum bellum patrie faciet. Miseros interdum cives optime de re publica meritos in quibus homines non modo res praeclarissimas obliviscuntur sed etiam nefarias suspicantur. Ergo illa falsa fuerunt: quae certe vera extitissent si Milo admisisset aliquid quod non posset honeste vereque defendere. Quid que postea in eum sunt coiecta que quemvis in mediocrium delictorum conscientia perculissent. Ut sustinuit immo vero ut contempsit et pro nichilo putavit quae neque maximo animo nocens neque innocens nisi fortissimus vir negligere potuisset scutorum gladiorum frenorum pilorumque etiam multitudo deprehendi posse indicabatur nullum in urbe vicum nullum angiportum esse dicebant in quo Miloni non esset conducta domus. Arma in villam Otriculanam devecta Tiberi domus in Clivo Capitolino scutis referta plena omnia malleolorum ad urbis incendia comparatorum. Hec non delata solum sed pene credita et ante repudiata sunt quam quesita. Laudabam equidem incredibilem diligentiam Cn. Pompeii. Sed dico ut sentio Iudices nimis multa audire coguntur. Neque aliter facere possunt in quibus tota commissa est res publica. Quin

Erumpet Occupabit dissoluta (struck through)

MISEROS

per quod tollit quod ab adversariis dici posset Milonem esse adeo premeditatum ut confidentissime venerit

alias Hispanorum

Revertitur ad confutationem falsi criminis repositi Miloni quod a vita sua dimittitur

HEC

audiendus sit popa licinius. Nescio quid de Sriteo maxio alr Cirio
suos Milonis apud se ebrios factos, sibi confessos
esse de interficiendo pompeio conjurasse. Deinde postea
se gladio percussum esse ab uno de illis, ne indicaret pom-
peio. In ortos nuntiavit arcessor. In primis de amicorum alr arcessitur
sententia rem defert ad senatum. Non poteram illius
mei patrieque custodis tanta suspicione non metu exanimari
Sed mirabar tamen credi tamen confessione servorum audiri
Vulnus in latere quod acu punctum videtur pro ictu gladi-
atoris putari. Verumetiam ut intelligo. Cavebat ma-
gis pompeius quam timebat. Non ea solum que timenda
erant sed omnia. Ne aliquid timeretis vos. Oppugnata
Dissolvit aliud crimen domus G. cesaris clarissimi et fortissimi viri per multas
noctis horas inciabatur. Nemo audierat tam celebri ne-
mo senserat. Tamen audiebam. Non poteram Gn. pom-
prestantissima virtute virum timidum suspicari. Diligentiam
tota re publica suscepta nimiam nullam putabam. Frequentissimo
senatu nuper in Capitolio senator inventus
est. Cui milone cum telo diceret nudavit se in sanctis-
simo templo. Quoniam vita talis et civis et viri fidem
non faciebat. Nisi eo tacente res loquetur. Omnia
falsa atque insidiosa ficta vel facta comperta sunt. Cur tamen si

metuitur etiam nunc Milo. Crimen timeam (ul me)
Sed tuas Gn. Pompei, te enim iam appello ea voce ut
me audire possis, tuas inquam suspitiones pro honore scim
Si milonem times Si hunc nefarie, aut nunc cogitare
Aut molitum aliquid putas, Si Italie delectus
Ut nonnulli inquisitores tui dictitant, Si hec arma
si capitoline cohortes, si excubie, si vigile, si delecta
iuventus, que tuum corpus domumque custodit, Contra Miloñis
impetum armata est, atque hec omnia in hunc unum insti-
tuta parata inventa sunt. Magna in hoc certe vis et
incredibilis animus, et non unius viri vires atque opes
indigantur, Siquidem in hunc unum, et prestantissimum elect
et tota res publica armata est. Sed quis non intelligit
omnes tibi rei publice partes egras et labentes. Ut eas
his armis sanares, et confirmares esse commissas. Et
si Miloni locus datus esset et probatus probasset,
profecto tibi ipsi neminem unque hominem homini cario-
rem fuisse, quam te si nullum se umque periculum pro sua
dignitate fugisse. Cum illa sepe, tetima peste se-
pissime pro tua gloria contendisset (ul se). Tribunatu suo ad
salutem meam, que tibi carissima fuisset, consiliis tuis
gubernatum se, a te postea defensum in periculo capitis
auditum in petore prestare, Duos se habere semper amicissimos

Si tuas Gn. pompei con- duplicatio
Repetitio
Si hec arma repetitio
Articulus
Si quis dubit

speraret te tuo beneficio, me suo. Que si non probaret
si tibi penitus ita insedisset ista suspicio, nullo ut evelli — al's inhesisset
modo posset. Sed denique Italia a delectu, urbs ac armis
sine Milonis clade numquam esset conquietura. Ne iste aut — || al' [illegible]
dubitans cessisset patria, is qui ita natus est et ita con-
suevit te Magne tamen attestaretur. Quod nunc etiam
facit. Vide quam sit varia vite commutabilisque ratio, quam
vaga volubilisque fortuna. Quante infidelitates in a-
micis, quam ad tempus apte simulationes, quante in periculis
fuge proximorum, quante timiditates. Erit, erit illud
profecto tempus, et illucesceret aliquando ille dies, cum tu
salutaribus ut spero rebus tuis, si fortasse metu aliquo
communium temporum, qui quam crebro accidit, experti debemus
scire, et amicissimi benivolentiam, et amiciciam et gra-
vissimi hominis fidem et unius post homines natos fortis-
simi viri magnitudinem animi desideres. Quamquam quis hoc
credat Cn. Pompeium iuris publici moris maiorum rei
denique publice peritissimum, cum senatus ei commiserit, ut
videret ne quid res publica detrimenti caperet, quo uno
versiculo satis armati consules semper consules fuerunt
etiam nullis armis dati, hunc exercitu hunc dilectu dato
iudicium expectaturum fuisse in eius consiliis vindicandis
qui vel iudicia ipsa tolleret. Satis iudicatum est a Pom-

Margin: Vide — Nota — Erit, erit illud · conduplicatio — Iurisperiti naturaliter — || al' [illegible]

pero, satis falso. ista confiteri in Milone qui legem tulit. i. Causa ut ego sentio Milone absolui oporteret. Ut omnes confitentur licet. Et vero in illo atque in illis publicorum presidiorum copiis circumfusus sedet. Satis declarat se non terrorem inferre vobis. Quid enim illo minus dignum quam cogere. Ut vos eum condempnetis. In quem animadvertere ipse, et more maiorum et suo iure posset. Sed presidio esse, ut intelligatis contra hesternam contionem illam licere vobis quod sentiatis libere iudicare. Nec vero me iudices clodianum crimen movet. Neque tam sum demens tamque vestri sensus ignarus atque expers. Ut nesciam quid vos de morte Clodii sentiatis. De qua si iam vellem ut nollem ita diluere crimen. Ut dilui, tum impune Miloni palam clamare, ac mentiri gloriose liceret occidi Occidi non spurium Melium. Qui annona vel levanda iacturisque rei familiaris, quia nimis amplecti plebem putabatur in suspitionem incidit regni appetendi. Non Tiberium Graccum, qui collegae magistratum per seditionem abrogavit. Quorum interfectores impleverunt orbem terrarum nominis sui gloria. Sed eum audet enim dicere, cum patriam periculo suo liberasset. Cuius nefandum adulterium in pulvinaribus sanctissimis nobilissime femine comprehenderunt. Eum cuius supplicio

Sentiliam et cetera ... Tullius pro Milone ... Clodium ... habundanti ... fuisset, tamen tali crimen

Quod ad summam virtute interfectoris et gloriam verum potuisse

... Clodii (Adulterium) non dignum

Nec vero me iudices Clodianum crimen — [illegible] ... Milonis ... [illegible] ... Milo qui [illegible] ... a Milone occidi Clodium ... [illegible] ... Ut ad hunc non vellet diluere et cetera ... tum impune Miloni palam clamare, ac gloriose mentiri liceret ... [illegible] ... Tiberium Graccum ... [illegible]

Verte et statim sursum invenies ubi dicitur occidi, ac tam, quod etc. spectat ad hanc glosam

cedi, cum vero, quod est fundamentum huius partis, adducit omnes, scilicet bonos cives, et prima [illegible] tyrannica [illegible] / tum audientes interrogat quomodo ea que ad eam et impendebant ipsi depellere potuissent, aut se eius [illegible] si e [illegible] adepti. Et calamitates [illegible] incidissent, vivente vivo Clodio [illegible] gladium tenet. Milo vocat cives, et dicit se Clodium interfecisse propter utilitatem reipublice. [illegible] Milonem [illegible] Clodii plurimum reipublice profuisse, [illegible] Et ut hic appareat utilitas que sit ex Clodii morte rei publice consecuta, dicit vivo Clodio [illegible] fuisse [illegible] domiante [illegible] rationem [illegible] de turbatore pacis et reparatore honoris [illegible] propter quod utilius [illegible] Ut videtur [illegible] in vita deinde [illegible]

[illegible]

senatus solepnes religiones expiandas sepe censuit, eum quem cum sorore germana nefarium stuprum fecisse l. lucullus iuratus se l. questionibus habitis dixit comperisse. Cum qui civem, ~~senatus~~ quem senatus, que populus, que omnes gentes, urbis ac vite civium conservatorem iudicabant, servorum armis exterminavit. Cum qui regna dedit, orbem terrarum quibus cum voluit partitus. Cum, qui plurimis cedibus in foro factis singulari virtute et gloria civem, domum vi, et armis compulit. Cum cui nichil umquam nefas fuit, nec in facinore nec in libidine. Cum qui edem nympharum incendit, ut memoriam publicam recensionis tabulis publicis impressam extingueret. Cum denique cui iam nulla lex erat, nullum civile ius, nullum possessionum terminum, qui non calumpnia litium non iniustis vindiciis, ac sacramentis alienos fundos, sed castris exercitu, signis inferendis petebat. Cui non solum etruscos, eos enim penitus contempserat, Sed hunc Gn. Pom~ium virum fortissimum atque optimum civem iudicem nostrum pellere possessionibus, armis, castrisque conatus est. Cui tum architectis, et decempedis villas multorum, ortosque peragrabat. Cui ianiculo et alpibus spem possessionum terminabat suarum. Cui cum ab equite Romano, splendidissimo et forti tito Paccanio

De se loquitur cum senatus [illegible] cum pompeia filia [illegible] pompei [illegible]

L. lucullus de se loquitur cum senatus [illegible] petit

Cum senatus recensuit [illegible] de [illegible]

Cui non sepeli[illegible] castris, armis

Architecti [illegible] qui [illegible]

Decempeda [illegible]

[illegible] morte Clodii [illegible] adducit [illegible] Milonem [illegible] Et [illegible] vita relinqui [illegible] Et ut mors Clodii videatur utilior et elegabilior reipublice [illegible] eius vita. Et [illegible] defendit [illegible] utilius [illegible] fuisse quod fecit [illegible]

39

non impetrassset. Ut insulam in lacu preis venderet repente lintribus, in eam insulam, materiam calcem, cementa atque arma nexit. Dominoque trans ripam inspectante, non dubitavit edificium extruere in alieno. Cui huic tito Furfanio tui viro dii immortales) Quid enim de muliercula Scantia, quid de adolescente P. Aponio dico. Quorum utrique mortem est minatus ?) Nisi sibi hortorum possessione cessisset. Sed ausum esse Tito Furfanio dicere, si sibi pecuniam quantam proposcerat non dedisset, mortuum se in domum eius illaturum. Qua invidia huic esset tali viro conflagrandum. Qui appud fratrem homines michi coniuncta fidissima gratia absentem de possessione fundi deiecit. Qui pietem sic per vestibulum sororis instituit ducere sic agere fundamenta. Ut sororem non modo vestibulo privaret. Sed omni aditu et limine. Quamquam hec quidem tollerabilia videbantur, etsi equaliter in rem publicam in privatos et longinquos, et propinquos, in alienos, in suos irruebat. Sed nescio quo iam usu obduruerat, et percalluerat civitatis incredibilis patientia. Que vero aderant, iam et impedebant, quonam modo ea que aut depellere potuissetis, aut ferre ~~impiu~~, si ille natus esset. Omitto, socios exteras nationes, reges, retrarchas. Vota enim

alias impedebat

alias esse

alias coniuncta

alias limine

[illegible]

[illegible]

socios exteras, tetrarchas

Que patent repetitio

al's interfeci

E. d. non e timendum quonam modo ferret civitas de Milone sentiret

Qui non probet et repetitio et interrogatio

populi Romani cunctis

Multas

fecerat is, ut in eos se potius mitteret quam in vestras posses-
siones, vestra tecta, vestras pecunias? Dico a liberis, medius
fidius, et a coniugibus vestris numquam ille effrenatas suas libidines
cohibuisset. Fingi hec putatis, que patent, que nota
omnibus, que tenentur? servorum exercitus illum in urbe
conscripturum fuisse, per quos totam (vel tam) rem publicam
resque privatas omnium possideret? Quam (vel ob rem) ob rem si cruentum
gladium tenens clamaret T. Annius: Adeste quaeso, atque
audite cives, P. Clodium interfeci, eius furores, quos
nullis iam legibus, nullis iudiciis frenare poteramus, hoc (vel ferro)
freno et hac dextera a cervicibus vestris repuli, per
me unum, ut ius, equitas, leges, libertas, pudor, pudi-
citia in civitate manerent. Esset vero timendum quonam modo
id ferret civitas? Nunc enim quis est, qui non probet,
qui non laudet, qui non unum post hominum memo-
riam Titum Annium plurimum rei publice profuisse,
maxima letitia populum Romanum, cunctam Italiam,
nationes omnes affecisse et dicat et sentiat? Ne-
queo vetera illa populi Romani gaudia, quanta fuerint
iudicare, multas tamen iam summorum imperatorum clarissimas
victorias nostra etas vidit, quarum nulla neque tam
diuturnam attulit letitiam nec tantam. Mandate hoc me-

cornelit

morie iudices Spero multa vos liberosque vestros / in republica
bona esse visuros / In his singulis ita semper existimabat
vivo p. Clodio nichil contingere potuisse arbitremini . Quid
ea que tenetis privata / atque vestra dominante hoc furioso
/ quod ius perpetue possessionis habere potuissent / Non
timeo Judices / ne odio inimiciciarum mearum inflamatus
libentius hec in illum evomere videar quam verius Etenim
etsi precipuum esse debebat / tamen ita communis erat omnium ille hostis
Ut in communi odio / pene equaliter versaretur / odium meum .
Non potest dici satis / ne cogitari quidem / quantum in illo
sceleris quantum exitii fuit / Quin sic attendite iudices
Nempe hec est questio de interitu . p . Clodii / Fingite animis
/ libere enim sunt cogitationes nostre . et que volunt sic intuentur
Ut ea cernimus que videmus / fingite igitur cogitatione
ymaginem huius condicionis mee / Si possim efficere / ut Mi-
lonem absolvatis . Sed ita / si p . Clodius revixerit . Quid
vultu extimuistis . Quonammodo / ille vos vivus affi-
ceret / qui mortuus inani cogitatione percussit . Quid
si ipse Cn . Pompeius / qui ea virtute / ac fortuna est
Ut ea potuerit semper que nemo preter illum . si is
vel aut
inquam potuisset aut questionem de morte P . Clodii ferre
vel esse
aut ipsum ab inferis advocare propter rem publicam non fecisset

potuisse clodio vivo contingere

/ pars 3a que constitue

Inflamatus / tustus

/ Evomere / tustus

Eius igitur mortis sedetis ultores. Cuius vitam si putetis per vos restitui nolitis. Et de eius nece lata questio est. Cui si eadem lege reminiscere posset, lata lex numquam esset. Huius ergo interfector si esset in confitendo, ad his ne pena timet, quos liberavisset. Greci homines deorum honores tribuunt his viris, qui tirannos necaverunt. Que ego athenis, quam in aliis urbibus grecie quas res divinas talibus institutas viris, quos cantus que carmina prope ad immortalitatem ad religione, et memoriam consecrantur. Vos tanti conservatorem populi, tanti sceleris ultore, non modo honoribus nullis afficietis sed ad supplicium rapi patiemini. Confitetur, confitetur, inquam si fecisset. Et magno animo, et libenter se fecisse libertatis omnium causa, quod certe ei non confitendum modo verum et predicandum. Et enim si id non negat ex quo nichil petit nisi ut ignoscatur, dubitaret id fateri, ex quo etiam premia laudis essent petenda. Nisi vero gratius putat esse vobis sui se capitis, quam vestri ordinis defensore fuisse. Cum presertim in ea confessione, si grati esse velletis, honores assequeretur amplissimos. Si factum vobis non placeret, ... qui potuit salus sua cuiquam non grata. Sed tamen si minus fortissimi viri virtus civibus grata cecidisset magno animo constantique cedet ex ingrata civitate. Nam

Margin notes:
illud reminiscere
eos imperitus sit. veri homines/...
non digni
Catilinam de Catilina ... et est ex ... a ...
...
si clodium ... manu ... vel ... se manu sua clodium cecidisse

quid esset ingratius, quam letari ceteros lugere eum solum propter
quem ceteri letarentur quamquam hoc animo semper omnes
fuimus in patrie proditoribus opprimendis. Ut quoniam nostra
futura esset gloria, periculum quoque et invidiam nostram pu-
taremus. Nam que michi tribuenda laus esset ipsi, cum
tantum in consulatu meo pro vobis, et liberis vestris
ausus essem, si id, quod conabar, sine maximis dimi-
cationibus meis me esse ausurum arbitrarer. Que mulier
sceleratum ac perniciosum civem occidere non audet, si pe-
riculum non timet. Proposita invidia, morte, pena,
qui nichilo segnius, rempublicam defendit, is vir
vere putandus est. Populi grati est interest premiis afficere, meri-
tos bene de re publica cives. Viri fortis, ne suppli-
ciis quidem moveri Ut fortiter fecisse peniteat. Qua-
obrem uteretur eadem confessione Titus Annius qua Hahal-
la, qua Nasica, qua Opimius, qua Marius, quas
nosmetipsi, et si grata res publica esset, letaretur
si ingrata, tamen in gravi fortuna conscientia sua niteretur.
Sed huius beneficii gratiam iudices, fortuna populi Romani
et vestra felicitas, et dii immortales sibi deberi putat
Nec vero quisquam aliter arbitrari potest, nisi qui nullam
numine ne divinum, que neque imperii nostri magnitudo

Margin notes:

segnius

[illegible] esse putat numenve

Articulus

propter quod grati / distinctio quod plures personas, negotia quod cetera disparantur

Repetitio

[illegible]

Repeticio

neque sol ille nec celi et signorum motus nec vicissitudines rerum
atque ordines movet, neque id quod maximum est maiorum sapientia
qui sacra, qui cerimonias qui auspicia. Ut ipsi sanctis-
sime coluerunt et nobis suis posteris prodiderunt. Est profecto
illa vis. Neque in his corporibus, atque in hac imbecillitate nostra
inest quiddam quod vigeat, et sentiat. Et non inest in hoc tanto
~~re~~ nature tam preclaro motu. nisi forte idcirco non putant

Repeticio.

quia nec apparet nec cernitur proinde quasi nostram ipsam
mentem, qua sapimus qua providemus, qua hec ipsa agimus
ac dicimus videre, aut plane qualis, aut ubi sit senti-
re possimus. Ea vis, ea est igitur, que sepe incredibiles
huic urbi felicitates atque opes attulit. Que illam perni-
ciem extinxit ac sustulit. Cui primum mentem iniecit,
ut vi irritare, ferroque lacessere fortissimum virum auderet
vinceretur ab eo, quem si vicisset habiturus esset impunitate
licenciam sempiternam. Non est humano consilio, ne me-
diocri quidem iudices deorum immortalium cura, res
illa perfecta. Religiones mehercule ipse, que eam illam
beluam cadere viderunt commosse se videntur. Et ius
in illo suum retinuisse. Vos enim Albani tumuli, atque
luci vos inquam imploro, atque obtestor. Vosque Albanorum
obrute are sacrorum populi Romani socii et equales

vel monuisse

Conduplicacio
Item exclamacio

42

Quas illa precepit amentia, cesis prostratisque sanctissimis lucis substructonum insanis molibus oppresserat. Vre cum are, vre religiones viguerunt. Vra vis valuit, quam ille omni scelere polluerat. Tuque ex tuo edito monte lacialis sancte Iupiter cuius ille lacus nemora fines que sepe omni nefario strupro et scelere maculerat aliquando ad eum puniendum oculos aperuisti. Vobis ille vobis, vis in conspecta sere. Sed iuste tamen et debite pene solute sunt. Nisi forte hoc eciam casu factum esse dicemus. Ut ante ipsum sacrarium bone dee, quod est in fundo Titi sexti galli in primis honesti et ornati adolescentis ante ipsam inquam bonam deam, cum prelium commisisset, primum illud vulnus acceperit quo teterrimam mortem obiret. Ut non absoluto iudicio illo nefario videtur. Sed ad hanc insignem penam reseruatus. Nec vero non eadem ira deorum, hanc eius satellibus iniecit amentiam. Ut sine ymaginibus sine cantu, atque ludis sine exequiis, sine lamentis sine laudatoribus, sine funere oblitus cruore et luto spoliatus, illius su-premi diei celebritate quam concedere eciam inimici so-lent. Amburetur eciam abiectus. Non fuisse credo fas clarissimorum virorum formas, illi teterrimo parricide

ul ty

ul con

6° al vestro

Nisi forte Nisi forte etc. d. etc.

Repeti

Amburerent
tur
Fedds? ...

aliquid afferre. Neque ullo in loco potius mortem eius lace-
rari quam in quo vita esset damnata. Dura michi medi-
fidius iam fortuna populi Romani et crudelis vide-
retur. Que tot annos illum in hanc rempublicam insultare
pateretur. Polluerat stupro sanctissimas religiones, — dissolutus
senatus gravissima decreta perfregerat, pecunia se a iudicibus
palam redemerat. Vexarat in tribunatu senatum
omnium ordinum consensu, pro salute rei publice gesta resci-
derat. Me patria expulerat, bona diripuerat, domum
incenderat. Liberos coniugem meam vexaverat. Gneo
Pompeio nefarium bellum indixerat. Magistratuum privato-
rumque cedes effecerat. Domum mei fratris incenderat.
Vastarat Etruriam. Multos sedibus et fortunis eie-
cerat. Instabat, urgebat. Capere eius amentiam civi- — //. vel mo[illegible]
tas, Italia, provincie, regna non poterant. Incidebantur
iam domi leges que nos nostris servis addicerent. Nichil erat
cuiusque quod quidem ille adamasset quod non hoc anno suum
fore //. putabat. Obstabat eius cogitacionibus nemo preter
illum Milonem ipsum qui poterat obstare (vel novo) in reditu
in graciam quasi devictum arbitrabatur. Cesaris poten-
tiam suam potentiam esse dicebat. Bonorum animos
et meo casu contempserat. Milo unus urgebat. Hic

Medius fidius i. per meum fidium vel mete fide

Alii crimus scelere Clodii

frequentacio

Vetruls

//: alii erat vel putaret

dissolutus

dii immortales. Ut supra mentem dixi dederunt, illi perdito ac furioso, suo iure esset ulla. Senatus credo praetorem eum circumscripsisset. Ne cum solebat, quidem id facere in privato eodem hic aliquid profecerat. An consules in praetore coercendo, fortes fuissent? Primum Milone occiso, habuisset suos consules. Deinde quis in eo praetore consul fortis esset? per quem tribunum virtute consularem crudelissime vexatam esse meminisset. Omnia possideret, teneret lege nova. Que est inventa apud eum cum reliquis legibus Clodianis. servos nostros libertos suos fecisset. Postremo nisi eum dii immortales in eam mentem impulissent, Ut homo effeminatus fortissimum virum conaretur occidere. Hodie rempublicam nullam haberetis. An ille praetor. Ille vero consularis, si modo hec templa, atque ipsa menia stare eo vivo tam diu, et consulatum eius expectare potuissent. Ille denique vivus mali nichil fecisset, qui mortuus, uno ex suis satellitibus Sex. Clodio duce curiam incenderit. Quo quid miserius, quid acerbius, quid luctuosius vidimus. Templum sanctitatis amplitudinis, mentis, consilii publici, caput urbis aram sociorum, portum omnium gentium, sedem ab universo populo concessam, uni ordini inflammari

Ut huic faceret insidias
Ubi perire posset illa
non potuit. Nunc
illum res publica suo iure,
Nunc illud res publica
Antipophorizat

|| vel vivo etc.

|| vel modo.

Articulus

|| vel priore

Nec adudit

Conduplicatio

Desperatio

Si in nro [illegible]

excindi funestra arci. Neque id fieri a multitudine imperita
quamquam esset miserum id ipsum sed ab uno. Deest enim, qui tu
tantum ausus sit ultor pro mortuo. Quid signifer quod
vivo non esset ausus. In curia potissimum abiecit
. Ut eam mortuus incenderet, quam vivus everterat
. Et sunt qui de via Appia querantur. Tacent de curia
et qui ab eo spirante forum potuisse defendi, cuius non res-
titerit cadaveri curia. Excitate ipsum si potestis a mortuis
. Frangetis impetum vivi, cuius vix sustinetis furias
insepulti. Nisi vero sustinuistis eos, qui cum facibus
ad curiam cucurrerunt, cum falcibus et rastris, cum gladiis
toto foro volitastis cum. Cedi vidistis populum Romanum
contionem gladiis disturbari cum audiret silentio.
M. Celius tribunus plebis vir fortissimus, et in suscepta cau-
sa firmissimus, et bonorum voluntati, et civitati senatus
deditus cum hac Milonis sive invidia sive fortuna singulari
divina incredibili fide. Sed iam satis multa de causa
extra causam etiam tribuatur fortissimo viro. Quam ipse
non imploat, Ego etiam non repugnante hoc et im-
ploro et exposco. Nolite si in nostro omnium fletu ullam
lacrimam aspexistis milonis. si vultum semper eundem
si vocem si orationem stabilem, ac non mutatam videtis

Sed iam satis confirmata causa Milonis quoad insidias sibi illatas per Clodium in constitucione, quantum [illegible] cum gladiis morte, quod ad iudicialem constitutionem absoluta, [illegible] nequiquam intactum relinqueret quod a principio [illegible] sive futurum esse se [illegible] ad constitucionem deprecativa [illegible] [illegible] quam gessit [illegible] parte [illegible] constitucio, [illegible] iudicialis. Et post [illegible] [illegible] promisse [illegible] per [illegible] ut supra patuit.

44

hominus ei pro. Haud scio an multo etiam sit adpriuandus magis. Etenim si in gladiatoriis pugnis et infimi generis omnium condicione atque fortuna timidos et supplices, et ut vivere liceat obsecrantes, etiam odisse solemus, fortes et animosos et se acriter ipsi morti offerentes servare cupimus. Eorumque nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt, quam qui illam efflagitant, quanto hoc magis in fortissimis civibus facere debemus. Me quidem iudices exanimant et interimunt hae voces Milonis, quas audio assidue, et quibus intersum cotidie. Valeant inquit valeant cives mei, sint incolumes, sint florentes, sint beati. Stet haec urbs praeclara, mihique patria carissima, quoquomodo merita de me erit. Tranquilla republica cives mei, quoniam mihi cum illis non licet, sine me ipsi, sed per me tamen perfruantur. Ego cedam atque abibo. Si mihi republica bona frui non licuerit, at carebo mala. Et quam primum tetigero bene moratam et liberam civitatem, in ea conquiescam. O frustra inquit suscepti mei labores. O spes fallaces. O cogitationes inanes meae. Ego cum tribunus plebis, republica oppressa me senatui dedissem, quem extinctum acceperam, equitibus Romanis, quorum vires erant debiles bonis viris, qui omnem auctoritatem Clodianis

Conduplicacio. | Mercedis introducit Milonem ad loquendum | Introducit Milonem ad loquendum ~~Repeticio~~ | Omnes sunt cogitationes inanes quia vane sunt

Ubi studia Municipiorum. Municipium est quod manente statu civitatis, ius aliquod maioris vel minoris officii a principe impetrat, et dicitur Municipium a muneribus id est officiis, et capio capis, quia tantum munia id est tributa vel munia reddere [illegible] vel municipium dicitur castrum munitissimum. Et etiam est confinio regionum ubi solent morari stipendiarii milites pro custodia. Unde dicuntur municipia quasi munera capientes id est stipendia [illegible] aut municipia dicuntur a militibus in municipiis morantibus. Catholicon

armis abiecerant. Michi vnquam bonorum presidium defuturum putarem. Ego cum te (Mecum enim sepissime loquitur) patrie reddidissem, michi non futurum in patria non putare locum. Ubi nunc senatus est, quem secuti sumus. Ubi equites Romani illi, illi inquit tui. Ubi studia municipiorum. Ubi italie voces, Ubi denique tua marce tulli, que plurimis fuit auxilio vox et defensio. Michi ne ea soli, qui pro te totiens morti me obtuli, nichil potest opitulari. Nec vero hec (vel hoc) iudices, Ut ego nunc flens, sed hoc eodem loquitur vultu, quo videtis, Negat enim se, negat ingratis civibus fecisse que fecisset. Timidis, et omnia circumspicientibus pericula non negat. Plebem, et infimam multitudinem, que P. clodio duce fortunis vestris imminebat, eam quo tutior esset vestra vita se fecisse commemorat, Ut non modo virtute flecteret, sed etiam tribus suis patrimoniis deliniret. Nec timet, ne cum plebem muneribus placarit, vos non conciliarit meritis in rempublicam singularibus, Senatus erga se benivolentiam temporibus his ipsis sepe esse perspectam. Vestras vero et vestrorum ordinum occursationes, studia sermones, quemcunque cursum fortuna dederit, secum ablaturum esse dicit. Meminit etiam sibi vocem preconis modo defuisse, qua minime

Repetitio

Conduplicatio

Conversio Milo

Conduplicatio

Vel dicit vel meminit

Naturaliter

Cum deprecatio sit in iudicium non pro usu venire nisi quia pro eo dicitur cum multa pro Milonis opera memorare et sit in causa ista iudiciali non indiget deprecatione fuit usus, in qua non defensio facti, sed ignoscendi postulatio [illegible] ut Cicero inquit in rhetoricis. Cum deprecatio sit [illegible] facti vero dicam sub conditione intendit esse deprecationem, sic ut non videatur uti, et uti tamen [illegible], cum dicit si iudices [illegible] suis beneficiis pro suo studio [illegible] tali suo tempore multorum recte factorum suorum causa [illegible] delicto, ut ignoscentur postulaverit [illegible] mansuetudine [illegible] virtute [illegible], O iudices a vobis [illegible] impetrari postulante [illegible] oratione, ut ignoscetur Miloni. Et si non totaliter sub conditione [illegible] veniam postulare, [illegible] quod eum modum satis visum fuit honestior ut postulaverit veniam, quasi invito Milone [illegible] virum forte, et [illegible] et virtute, plene [illegible], Deinde [illegible] ut Milo [illegible] dignior videatur [illegible] animi sui constantia [illegible] Cicero ut non [illegible] non ploret, [illegible] Et [illegible] fortitudine animi magis [illegible] venia existimari. Et inducit deinde Milonem voces vi fortissimum proferentem. Deinde [illegible] commemorare beneficia, [illegible] fecisse, quod loco in deprecatione, magis [illegible]. Et [illegible] in ea [illegible] exornatione, se [illegible] ut lacrimas [illegible] possit extorquere, Deinde [illegible] quos secum Milo [illegible] ipse cum Milone colloquitur, et [illegible] illo sit [illegible], tanto ab eo [illegible] divellatur. Ut [illegible] Milonis, utilitas, atque virtus, qui longe in deprecatione artificiose [illegible]. Deinde ad iudices [illegible] magna arte [illegible], et rogat, ut si quid ipsos offendit [illegible] Cicero ipse [illegible] milo. Et sic [illegible] fine [illegible] variis exornationibus, magna arte [illegible] eloquentia nititur [illegible].

desideat. Ipsi vero tantis suffragiis, quibus lumine cupierit
se consulem declaratum. Nunc denique si hec contra se
sint futura facinoris suspicionem non facti crimen obstare.
Addit hec que certe vera sunt, et fortes, et sapientes
viros non tam premia sequi solere recte factorum quam ipsa
recte facta. Se nichil in vita, nisi preclarissime fecisse.
Siquidem nichil sit prestabilius viro, quam periculis [vel his] patriam liberare.
Beatos esse, quibus ea res honori fuit, a suis civibus. Nec
tamen eos miseros, qui beneficio cives suos vicerint.
Sed tamen ex omnibus premiis virtutis, si esset habenda
ratio premiorum, amplissimum esse gloriam premium. Esse hanc
unam, que brevitatem vite posteritatis memoria con-
solaretur. Que efficeret, ut absentes adessemus. Mortui
viveremus. Hanc denique esse, cuius gradibus et homines in ce-
lum videantur ascendere. De me inquit semper populus
Romanus, semper omnes gentes loquentur. Nulla umquam obmu-
tescet vetustas. Quin hoc tempore ipso, cum omnes a suis inimi-
cis faces invidie mee subiciant, tamen in omni hominum cetu
gratiis agendis et gratulationibus habendis, et omni sermone
celebramur. Omitto etrurie festos, et actos, et insti-
tutos dies. Centesima lux est hec ab interitu P. Clodii
et opinor altera, qua fines imperii populi Romani.

se dicit vel meminit

Addit hec

premium pepercisse et forcia

preclare de gloria

Gloria

sic non solum fama iam de illo, sed etiam letitia peragitur
. Quamobrem ubi illi corpus hoc sit non inquit laboro, quoniam omnibus
in terris etiam versatur. et semper habitabit nominis mei gloria

Hic [illegible] Milonis [illegible]

. Hec tu mecum sepe his absentibus, sed iisdem audientibus
hec ego tecum, Milo. Te quidem cum isto animo es satis laudare non possum
Sed quo est ista magis divina virtus, eo maiore a te dolore
divellor. Nec vero, si mihi eripieris reliqua est illa tamen (scilicet consolatio vel [illegible])
ad consolandum querela. Ut his irasci possim a quibus tantum
vulnus accepero. Non enim inimici mei te mihi eri-
pient, sed amicissimi non male aliquando de me meriti, sed optime
. Nullum unquam iudices mihi tantum dolorem inuretis. Et
si quis potest esse tantus, sed ne hunc quidem ipsum, ut obli-
viscar quanti me semper feceritis, que si vos cepit oblivio,
aut si in me aliquid offendistis, cur non id meo capite luitur

scilicet potius

quam Milonis. Preclare enim vixero, si quid mihi acciderit
priusquam hoc tantum mali videro. Nunc me una consolatio susten-
tat, quod tibi o Tite Anni, nullum a me amoris, nullum
studii, nullum pietatis officium defuit. Ego inimicitias potentium

Repetitio (left margin) — Repetitio (right margin)

pro te appetivi. Ego meum sepe corpus et vitam obieci
armis inimicorum tuorum. Ego me plurimis pro te supplicem
abieci. Bona fortunas meas ac liberorum meorum in communi-
onem tuorum temporum contuli. Hoc denique ipso die, si

que uis est parata / sique dimitatio deposito / Quid iam restat ? Quid habeo ? Quid dicam ? Quid faciam pro tuis in me meritis nisi ut eam fortunam quecumque erit tua ducam meam ? Non recuso non abicio Vosque obsecro iudices / ut vestra beneficia / que in me contulistis / aut in huius salute augeatis / aut eius exitio occasura esse videatis. / His lacrimis movetur Milo · Est quodam incredibili robore animi · Exilium ibi esse putat ubi virtuti non sit locus · Mortem nature finem esse non penam · Sed hic ea mente ornatus est · Quid vos iudices Quo tandem animo eritis ? Memoriam Milonis retinebitis ? ipsum eicietis / et erit dignior locus in terris ullus · qui hanc virtutem accipiat / quam hic qui procreavit · Vos · vos appello fortissimi viri qui multum pro republica sanguinem effudistis / vos in viri et in civis invicti appello periculo centuriones · Vosque Milites / vos non modo inspectantibus / sed etiam armatis / et huic iudicio presidentibus / Hec tanta virtus ex hac urbe expelletur ? exterminabitur ? proicietur ? / O me miserum o infelicem · Revocare tu me in patriam Milo potuisti / Per hos ego te in patria / per eosdem ego te retinere non potero ? Quid respondebo liberis meis · qui te parentem alterum putant ? Quid tibi Q · frater /

Resp. Repetic.

alias abicio

Hic lacrimis dissoluta

Exilium Causa dup. sine racion

Dissolutum

Pie

qui nunc abes consorti meorum temporum illorum. Me non
potuisse Milonis salutem tueri per eosdem, per quos meam
illam conservasset. At in qua causa non potuisse? que
grata gentibus, non potuisse his, qui maxime P. Clodii
morte acquierunt. Quo deprecante? me. Quid nam concepi
tantum scelus. Aut quod in me tantum facinus admisi iudices

Cum illa iudicia, [illegible]

Cum illa iudicia communis exitii indagavi, patefeci, protuli,
extinxi. Omnes in me meosque redundant, ex illo fonte
dolores. Quid me reducem esse voluistis? an ut spectante
me expellerentur hi per quos essem restitutus? Nolite
obsecro vos pati michi acerbiorem reditum esse, quam fuit
ille ipse discessus. Nam qui possum putare me resti-
tutum esse, si distrahor ab his per quos restitutus sum
? Ut dii immortales fecissent, pace tua patria dixerim
Metuo enim ne scelerate dicam in te, quod pro Milone
dicam pie utinam P. Clodius non dicit modo, sed
vel le
etiam pro consul, dictator esset, antequam hoc spectaculum
viderem. Ut dii immortales fortem, et a vobis iudi-

Cond. [illegible]

ces conservandum virum. Minime minime inquit. Immo
vero penas ille debitas luerit. Nos subeamus. Si
ita necesse est, non debitas. Hiccine vir patrie natus
usquam nisi in patria morietur? Aut si forte pro patria

[illegible]

Sed finis sit / Hic est epilogus per viam commiserationis, et artificiosissime ipsius causam cum Cicero orationem suam in deprecatione concludet, ubi maxime habet commiserationem. Concludens et cum maxime captat, cum dicit se loqui non posse prae lacrimis, quibus defendi Milo non vult, ut eum ipse audeat in sententia, confidentia, et virtute forte est, et se subicit in eorum potestate tenerum animum vestrum capere [illegible] cum orat et obtestatur, ut iudices quod sentiunt audeant: quia virtutem, fidem, iusticiam suam iudicibus probavit maxime, qui optimum et sapientissimum quemque legit per quod omnes sibi conciliando audaces ad iudicium facit. Et voluntate Pompei, qui ipsos iudices in hac causa delegerat. Et sic breviter hic concludit hanc totam orationem, qua nil pulchrius, nil suavius, nil subtilius, nil denique aliud ac artificiosius confingi potest.

Quis vos animi monimenta retinebit. Ceteris in Ita-
lia ullum sepulcrum esse patiamini. Hunc sua quisque
sententia. ex hac urbe expellet. quem omnes urbes ex-
pulsum a vobis ad se vocabunt. O terram illam beatam
que hunc virum exceperit. hanc ingratam si eiecerit. mise-
riam se amisit. Sed finis neque enim prae lacrimis iam
Conclusio.
loqui possum. Et hic se lacrimis defendi vetat. Vos
oro. obtestorque iudices, ut in sententiis ferendis quod
sentietis, id audeatis. Vestram virtutem, iusticiam, fidem
[illegible]
Michi credite is maxime probabit, qui in iudicibus le-
gendis optimum et sapientissimum quemque legit.

Mon : euet

Gneus Plancius civis romanus ex equestri ordine et Laterensis civis nobilissimus e familia consulari in petenda edilitate competitores fuerunt, cum ambo Ciceronis amici forent, sed Plancio in petendo fuit adiutor, eo quod Plancius dum esset in Macedonia questor et Cicero pulsus esset ex urbe, in Macedoniam maxima caritate eum suscepit, et protectus a Plancio unde ei postea restitutus, quo absque eius beneficii memoria in petitione edilitatis favit. Favente itaque Plancio [illegible] factus edilis fuit, spreto Laterense, qui propter nobilitatem gloriabatur, non ita gaudens, et omni ope apud populum supplicat. Itaque Laterensis indignatus propter repulsam Plancium accusavit crimine ambitus, quod largitionibus populum, et omnes tribus corrupisset. Cicero vero pro Plancio contra Laterensem qui propter nobilitatem gloriatur defendit hac egregia et accurata oratione, dicens non largitione, nec ulla ambitione, sed prestanti virtute et humilitate cepisse animos tribuum, et edilem factum. Multa etiam in se ipsum obiecta purgat pro maiore studio seque eloquentia causam sue defensionis assignans, eo quod maximis Plancii meritis sit astrictus.

Hec oratio est in genere iudiciali vadit autem in genere demonstrativo in quantum agitur de laudibus plancii. Constitutio est partim coniecturalis [...] tenuat suspitiones largitionum et cetera [...] imputat plancio. Iudicialis absoluta [...] planciu(m) et Iuventii laterensem, legittime esse suffragatos, quia non credit iudices quos oportuit secundum [...] dubio eo quod filium publicani plancium defendit contra nobilissimum virum et consularem laterensem, partim accusante eum [...]

M. T. CICERONIS. ORATIO. PRO: PLANCIO. INCIPIT. FELICITER ::

Captat primo benivolentiam a persona plancii





Cum propter egregiam et sin-
gularem Cn. plancii inde in
mea salute custodienda, fidem,
tam multos et bonos viros
eius honori viderem esse fau-
tores, capiebam animo non
mediocrem voluptatem. quod
cuius officium michi saluti fuisset
ei meorum temporum memoriam
suffragari videbam. Cum
autem audirem meos partim

Captat benivolentiam a persona adversariorum [...]

inimicos partim invidos huic accusatori esse fautores
eandemque rem adversam esse in iudicio Cn. Plancio
que in petitione fuisset adiutrix. dolebam inde. et acerbe
ferebam. Si huius salus ob eam ipsam causam esset
infestior quod is meam salutem atque vitam sua benivolen-
tia presidio custodiaque texisset. Nunc autem vester iudices con-
spectus et consensus iste reficit et recreat mentem meam



Captat benivolentiam a persona auditorum [...]

cum intueor et contemplor unumquemque vestrum.
Video enim hoc in numero neminem cui mea salus non cara
fuerit. Cuius non extet in me summum meritum. Cui non
sim obstrictus memoria beneficii sempiterna. Itaque

Dispositio

non extimesco. Ne Cn. Plancio custodia mee salutis
apud eos obsit qui me ipsum maxime salvum videre volu-
erunt. / Sepiusque michi fide venit in mente admi-
randa ad dicendum esse M. Lateransem hominem studiosissimum
et dignissimum salutis mee, cum sibi hunc potissimum
delegisse. Quem metuendum ne vobis id ille magna
ratione fecisse videatur. Etenimque michi non sumo
tantum iudices, nec arrogo ut Cn. Plancium suis erga
me meritis impunitatem consecuturum putem, nisi eius
integerrimam vitam, modestissimos mores, summam
fidem, continentiam, pietatem, innocentiam ostendero
nisi de pena recusabo. Sin omnia prestitero que sunt
a bonis viris expetenda, petam inde a vobis ut cui
mea salus mea custodita sit, ei vos vestram misericor-
diam me deprecante tribuatis. Equidem id reliquos
labores quos in hac causa maiores suscipio quam in ce-
teris etiam hanc molestiam assumo. Qui michi non solum
pro Cn. ~~Pom~~ plancio dicendum est, cuius ego salutem
non secus ac meam tueri debeo, sed etiam pro meipso
de quo accusatores plura pene quam de re reoque dixerunt.
Ex quo inde si quidem est in meipso ita reprehensum
ut id ab hoc sit non de me, id magnopere conturbet

Non quod ipse ... ut puto ut cum ... at sit ... accusatoris ... repellamus

Vaticinius

alias michi

Etenimque michi non sumo / Divisio qua Cicero exponit quibus de rebus acturus dicens non sibi tantum arrogare, ut propter merita in se Plancius absolvatur. Sed cum ... alia, scilicet quod ea consequi mereatur vitam scilicet integerrimam, mores modestissimos, summam fidem, continentiam, innocentiam et pietatem. Quas si non ostendit, nil recusaturum de pena, si vero monstravit petiturum ... ut iudices ... deprecanti, quia ita orando ... sicut exponit ... postea ... non solum Plancio ... sint pene plura quam in reum. Et ... quod sibi sit obiectum ... in Plancium et ... esse sibi mediocre tractanda ... Ne plurimus videatur ... recordatur ... Ciceronis ... sua innocentia esse defensus ... ut plane vides exponit ... quibus intendit hanc tenere orationem.

Non enim timeo, quia neque pro raro isti homines recipiantur
idcirco cum nimium tantum illi esse dicant, id michi criminosum
esse possit. Que vero ita sunt agitata ab illis ut aut merita
Gn. Plantii erga me minora esse dicerent, quam a me
ipso predicarent. Aut si essent summa negarent, ea tamen
ita magis, ut eo putarem ponderis apud vos esse
debere. Hec michi sunt tractanda vide et modice, ne
quid ipse offendam cetum. Deinde cum respondeo omnibus
ne non tam innocentia reus sua quam recordatione
meorum temporum defensus esse videatur. Sed michi
in causa facili, atque explicata perdifficilis vide, et lubri-
ca defensionis ratio proponitur. Nam si tantum michi
necesse esset contra laterensem dicere, tamen id ipsum esset
in tanto usu viro tantaque amicitia molestum. Vetus
enim est lex iuste neque amicitie, que michi cum illo iam diu
est, Ut idem semper amici velint. Neque est ullum certius
amicitie vinculum, quam consensus, et societas consiliorum
et voluntatum. Michi autem non id est in hac causa
te molestissimum contra illud dicere. Sed multo illud magis
quod in ea causa contradicendum est, in quedam hominum
ipsorum vide facienda esse contentio. Querit M. late-
rensis atque hoc uno maxime urget qua se virtute

VETUS HEQUE

qua laude p

Arguit Cic(ero) q(uod) p(o)p(u)l(u)s edilem plancium facere potuit, adhuc si f(ecit) no(n) tali (con)siti laterens(is) q(ui)d t(ame)n q(uo)d si ei no(n) (con)ssit s(ed) de q(ui)bus
alio loco agendu(m) d(ici)t, et arguit p(er) locu(m) a na(tur)a et (con)suetudine p(o)p(u)li, cui eu(m) d(ici)t a(n)q(ua)m ee (esse) ve(r)u(m) iudice(m) dignitatu(m), aliq(ua)n(do) v(er)o no(n)
Et et in q(ui)b(us) mandandis honorib(us) e(st), et in q(ui)b(us) no(n) e(st), et cui d(ici)t se d(ic)e fere, p(o)p(u)l(u)s disputare, qui p(otes)t et solet petere no(n)
modis dignos, n(on) o(mn)i(bus) videri ad illa(m) (con)suetudine p(o)p(u)l(u)s p(er)tine(re) ut ipedimet (com)plz antiq(u)e patre, qui tene(re) no(n) potuerit
Et (con)s(er)vent hui replexosos, tenitore, q(uo)d p(o)p(u)l(u)s s(em)p(er) voluit, quos voluit face(re), quos voluit petire.

qua laude plancius, qua dignitate supat(ur), ita si cedo illis
ornamentis q(uae) multa et magna sunt, non solum huius dignit(atis)
iactura facienda est. Sed etiam largitionis recipienda sus-
picio est. Sin hunc illi antepono contumeliosa est habenda
oratio. Et dicendum est id q(uo)d ille flagitat, laterensem a
plancio dignitate esse supatu(m). Ita ut amplissimi ho(m)i(ni)s
existimacio offendenda est, si illam accusatoris condicionem
sequar, aut optime de me meriti salus deserenda est. Sed
ego laterensis cecum me et p(re)cipitem ferri confitear in
causa, si te aut a plancio, aut ab ullo dignitate potuis-
se superari dixero. Itaq(ue) discedam ab ea contencione, ad
quam tu me vocas. et veniam ad illam ad qua(m) me
causa ipsa deducit. Quid tu i. an(n)e dignitate iudice pu- In comi(ti)is (con)firma(tur)
tas esse p(o)p(u)l(u)m? fortasse no(n) num(quam), Ut vero semp(er) esset
. sed est p(er) raro. et si q(uando) est. in his Magistratib(us) mandandis
quib(us) salutem suam committi putat, his levioribus comi-
tiis diligentia et gra(ti)a petitor(um) honos parit(ur), non his orna-
mentis, q(uae) esse in te vidim(us). Nam q(uo)d apud populum no(ta) quo(d) p(o)p(u)l(u)s iudicat
p(er)tinet, semp(er) dignitatis iniquus iudex est, qui aut invi- infra p(er) to(tum)
det, aut favet. Quare nichil potest in te laterensis con-
stitui, q(uo)d sit p(ro)p(r)ium laudis tue, quin id tibi sit commu(n)e
cum plancio. Sed hoc totum agetur alio loco, Nunc tantum

disputo de iure p(o)p(u)li qui et potest et solet non numquam
dignos preterire. Nec si a p(o)p(u)lo preteritus est, quem non oportuit
a iudicibus condempnandus est, qui preteritus non est. Nam
si ita esset, quod patres apud maiores nostros tenere non
potuerunt ut reprehensores essent comitiorum haberent
iudices. Vel quod multo minus est ferendum. Tum enim
magistratum non gerebat is qui ceperat, si patres autores
non erant facti. Nunc postulamini a vobis, ut eius exi- (vel aux-)
lio, qui creatus sit, iudicium populi romani reprehendatis
. Itaque quoniam quasi ianua sum ingressus in causam
sperare videar tamen offuturam esse orationem meam a minima sus-
pitione offensionis tue, te ut potius obiurgare quod
iniquum in discrimen adducas dignitatem tuam, quam ut
ego ulla eam contumelia coner attingere. Tu continen- — Repetitio
tiam, tu industriam, tu animum in rem publicam, tu virtutem, tu in-
nocentiam, tu fidem tu labores tuos, quod edilis non sis
factus, fractos esse et abiectos, et repudiatos putas
Vide tandem Laterensis quantum a te dissentiam. Si medius
fidius decem soli essent in civitate, viri, boni, sapien-
tes, iusti, graves, qui te indignum edilitate iudicassent
gravius de te iudicatum putarem, quam est hoc, quod tu metuis — A natura
ne a p(o)p(u)lo iudicatum esse videatur. Non enim comitiis iudi- — Dissolut

Left margin: Docet nihil esse detractum dignitati Laterensis
Left margin: A iudicato
Right margin: Repetitio
Right margin: SEHDER
Right margin: Dubitatio ... dici posse ... utriusque
Right margin: Distributio

Arguit per locum a natura et consuetudine populi contra Laterensem
pulcherrime consolatur ... in rebus talibus populi consuetudinem, et non ... quod ... non debeat ... non semper comitiis iudicat populus Romanus ... plerumque gratia ... cedat ... faciat eos plerumque ... a quibus sit ... ambi...

Nunc lenitas
Arguit per locum a iudicato contra quod iudicium postulat Laterensis contra iniquus in re simili iudicatum antiquitus ... non gerebat magistratum, qui ceperat a populo sine auctoritate patrum. Nunc autem postulant ut ... [illegible] iudicium ... rescindatur.

erat semper populus. Sed movetur plerumque gratia, cedit
precibus. facit eos a quibus est maxime ambitus, denique
si iudicat, non delectu aliquo aut sapientia ducitur
ad iudicandum. Sed impetu nonnumquam, et quadam etiam
temeritate. Non enim est consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentiam, semperque sapientes
ea que populus fecisset, ferenda, non semper laudanda dix-
erunt. Quare cum te edilem fieri oportuisse dicis, populi
culpam, non competitoris accusas. Ut fueris dignior quam
quam Plancius. de quo ita tecum contendam paulo post.
Ut conservem dignitatem tuam, sed ut fueris dignior, non
competitor, a quo es victus, sed populus, a quo es preteritus
in culpa est. In quo illud primum debes putare comitijs
presertim edilicijs studium, eblandita illa non enucleata
esse suffragia, eos qui suffragium ferant quid denique ipsi
debeant, considerare sepius, quam quid cuique a republica videatur
haberi deberi. Sin autem mavis esse iudicium, non tibi id re-
scindendum est. Sed ferendum, male iudicavit populus. Ut iu-
dicavit. Non dubitavit at potuit. Non fero. Ut multi
clarissimi, et sapientissimi cives tulerunt. Est enim
condicio liberorum populorum precipueque huius principis populi
et omnium gentium domini, atque victoris, posse suffragiis dare,

Repete

SEHPER

Ut iudicandi

Arguit per locum a coniugato ad dicta sapientum dixisse, esse ferenda etsi non laudanda que fecisset populus.

Cuius quam ... causa ponitur sit quod populus quasi ... Plancium dederit. Iterum per locum a consuetudine et a causa quam populo, et ... causam mitigat audeus ... se soleant gerere populus.

Habeas cum inferit ad dici posset ac si interrogaret

Distinguo

Et aliud ponit quod si ad quod populi iudicium mavis esse ferendum est et quasi confirmat per locum a clarissimis populorum et sapientissimis ... cives tulerunt.

populi romani

Est enim condicio | Arguit per locum a causa, unde dicit condicio iam est populorum liberorum et maxime populi Romani ut dare et detrahere cui volunt possint, ut est facultatem civium impugnare, quam fecerint secundum alliciendi voluntatem placare turbatam.

vel detrahere, quod velit cuique. Nostrum autem est, qui hac tem-
pestate populi iatemur iactemur ac fluctibus ferre, modice
populi voluntates, allicere alienas, retinere partas ‥ || al. non
placare turbatas. honores si magni non putemus non servire
populo. sin eos expetamus non defatigari supplicando. Ve- Lege ambiciose fastidiose
nio iam ad ipsius populi partes: Ut illius contra te oratione
potius quam mei disputem. Qui si tecum congrediatur et si
una voces loqui posset hec dicat. Ego tibi laterensis Confirma°
plancium non anteposui, Sed cum essent eque boni viri
meum beneficium potius ad eum detuli, qui a me con-
tenderat, quam ad eum, qui michi non nimis submisse suppli-
carat. Respondebis credo te splendore et vetustate
familie fretum non valde ambiendum putasse. At Arguit quod oratoris efficacia pro eo cum a ma… vel confirmatione … dicit sibi semper supplicari voluisse, et ostendit sibi dignitatem preferre … et … posse preferre quos velit, et hic pro eo … simili … et … et … ut vi clarissimi … peticionem … ignavis
vero te ille ad sua instituta, suorumque maiorum exempla
revocabit Semper se dicet rogari voluisse, Semper pla-
cuisse. M. Seium. cui ne equestrem quidem splendorem
incolumem a calamitate iudicii retinere potuisset, homini
nobilissimo, innocentissimo, eloquentissimo, M. pisoni
pretulisse prepossuisse Q. Catulo summa in familia
nato sapientissimo, et sanctissimo viro non dico C.
vel Cirenum
serenum, stultissimum hominem. fuit enim, et quod satis ma-
gni, et consilii, Sed Gn. Manlium, non solum ignobilem

Venio iam ad ipsius / Confirmatio … in … iudiciali … ut magis appareat causam … quod plancius … fingit … ipse … videatur … et pro laterensem … non … plancius … supplicat

al. fuit … fuit…

uerum sine uirtute sine ingenio / vita etiam contempta /
ac sordida / Desiderarunt te inquit oculi mei / cum tu esses
cirenis / Me enim / quam socios tuos frui virtute malebam
Et cui quo plus interat / eo plus aberat a me cum te non
videbam / Deinde sitientem me uirtutis tue / deseruisti / ac
dereliquisti / Ceperas enim petere tr. pl. temporibus / que istam
eloquentiam / et uirtutem requirebant / Quam petitionem
cum reliquisses / si hoc iudicasti / tanta in tempestate
te gubernare non posse / de uirtute tua dubitavi / si nol-
lem de uoluntate / Sin quod magis intelligo / temporibus
te aliis reseruasti / Ego quoque imperator / et res publica ad ea te
tempora reuocavi / ad que tu te ipse seruaras / Pete igitur
meum magistratum in quo michi magne utilitati esse
posses / Ediles quidem esse erant / idem michi quod osten-
deras / Aut si quod mea minus interest / id te magis for-
te delectat / reddam tibi istam edilitatem / etiam negligenter
petenti / Sed amplissimos honores / ut pro dignitate
tua consequare condiscas censeo / michi paulo ante
diligentius supplicare / Hec populi oratio est / Mea
vero / Laterensis hec / Quare uictus sis / non debere iu-
dicem querere / Modo ne largitione sis uictus / Nam si quo-
tienscumque preteritus erit is / qui non debuit preteriri / totiens

Cyrenis (right margin, beside the 5th line)

fecit Cicero in causa in ... ... tractare / potuisse quod voluit ... ... in ... largitionis ... in iudicio ... non posse / arguens ... a ... ... fugi ... animadverti (right margin, beside the last 7 lines)

aliud facit quod demonstrat a parte ... ... si quotienscumque preteritus erit his qui non debuit preteriri totiens oporteret eum qui ... ... supplicare ... (note across the foot of the text)

oportebit eum, qui factus est, condemnari. Nichil iam est, quod a populo supplicetur nichil quod diribito, nisi cum supplicato, ingratum, renuntiatio suffragiorum expectet. Simul ut qui sint professi video dicam. Est hic familia consulari est. ille pretoria. Reliquos video esse ex equestri loco. Sunt omnes sine macula. Sunt equi boni viri atque integri. Sed servari necesse est gradus, Cedat consulari generi pretorium, nec contendat cum pretorio equester locus sublata sunt studia. Extincte suffragationes nulle contentiones. Nulla libertas populi in mandandis magistratibus. Nulla expectatio suffragiorum. Nichil ut plerumque evenit preter opinionem accidet. Nulla erit post hac varietas comitiorum. Sin hoc persepe accidit ut et factos aliquos et non factos esse miremur. Si campus, atque ille comitiorum unde ut mare profundum et immensum, sic effervescunt quodam quasi estu, ut ad alios accedant, ab aliis autem recedant tanto nos impetu studiorum, et motu temeritatis, morem aliquem, et consilium et rationem requiramus. Quare noli me ad contentionem (vel contentionem) vestrorum vocare Laterensis, Et enim si populo grata est tabella, que frontes aperit, hominum mentes detegit. Datque eam libertatem ut quod velint faciant promittant, ut quod rogentur. Cur tu in judicio exprimis, quod

Arguit
Quod Laterensis vellet opponere, quod comicia tota possent, sed consilio et voce ut digniores preferentur [illegible]

Et hic arguit Plancius a consuetudine dicens quod persepe accidit ut aliquos factos esse aliquos non et mirentur. Quia hic a consuetudine [illegible] dicit Et hic arguit a natura comitiorum que sunt pelaga fluctuantia et maria profundo, atque estuantia sic ut in eo tanto impetu non possit esse mos ut [illegible] ut consilium.

Vide comitiorum

Ut quod locum a natura [illegible] et a consuetudine campi [illegible] non debet [illegible] indicari adversari [illegible] de tabellarum.

Arguit a gelidis interrogat quod exprimat Laterensis [illegible] quod non sit in campo, ut [illegible] et dignior a consuetudine campi comitiorum et sic finaliter [illegible] quod non sit in campo querendum a [illegible] quod a populo [illegible] si non sit [illegible] qui populus potuit facere. [illegible] si non debuit [illegible] non sit querendum aliter [illegible]

Interrogacio

non sit in campo hic quam ille dignior, per quod genere est dignior. quo igitur est equus? sic credo, quod agitur, quod satis est, iudici hic factus est. Cur iste factus est potius quam ego? Nichil nescio, Vel non dico. vel denique quod esset michi gravissimum, si dicere, si impune tamen deberem dicere. Non recte. Nam quid assequerer si illa extrema defensione uterer. populum quid voluisset fecisse, non quod debuisset. Quid si populi quod factum defendo laterensis. Et doceo Plancium non obrepsisse ad honorem, sed eo venisse cursu qui semper patuerit omnibus, hoc viro equestri loco. Possumne eripere orationi tue contentionem vestram. que tractari sine contumelia non potest. Et te ad causam, comitemque deducere Si quod equitis Romani filius est, inferior esse debuit Omnes tecum Romani equitum filii petiverunt Nichil dico amplius Hoc tamen miror, cur tu huic potissimum irascare cui longissime ab te fuit, Equidem si quando ut fuit iactor in turba, non illum accuso qui est in summa sacra via. Cum ego ad Fabium fornicem impellor, Sed eum qui in me ipsum incurrit, atque incidit, Tu neque Q. pedio forti viro suscenses, Neque huic A. plotio ornatissimo homini familiari meo. Et ab eo, qui hoc dimovit potius quam ab hiis. que in teipsum incubuerunt, te depulsum putas.

alias filius

Sed tamen h tibi / Descent ad iam contentionem compar utriusque quam velle videbatur effugere nunc eum etiam tractat / quia iam sic tractata defensione in iudiciali absoluta constitutione, nunc in comparativa. Frustra fore sibi fama in contentione dignitatis se esse q que ce mag cum, s venalis plancianam gratiam superata. Itaque post art p locum, ap acausa d manifestus non expedisse. Iure, quod non expedisse platio largitione corrumpere, cum cum, h a latensis nobilitate quis superiorem mag / qui ... possidia ... que edilis fieri sine largitione patuit

Sed tamen hec tibi est cum plantio gravis viri familieque contentio qua abs te vincitur. Cur enim non confitear quod verum est si hic magis quam ego a meis competitoribus et alias etiam in consulatu petere merebar. Sed unde ne hec ipsa que despicis huic suffragata sint. Sic enim conferam. Est tuum nomen utraque familia quod verum est ~~v. Sed hic mag quam ego~~ consulare. Non dubitas igitur quin omnes qui favent nobilitati qui id putent esse pulcherrimum qui ymaginibus qui nominibus vestris ducte edile fecerint. Equidem non dubito. Sed si parum multi sunt qui nobilitatem ament unde ista est nostra culpa. Et enim ad caput et ad fontem utriusque generis veniamus. Tu es ex municipio antiquissimo tusculano. Ex quo plurime familie sunt consulares. In quibus est etiam in ventitia. Tot e reliquis municipiis omnibus non sunt. Hic est e prefectura atinati non tam prisca non tam honorata non tam suburbana quantum interesse vis ad racionem petendi. Primum utrum mag favere putas atinates an tusculanos suis altis. Scite enim hoc propter vicinitatem facile possum. cuius huius ornatissimi atque optimi viri. Gn. saturnini patrem edilem, cui pretorem viderunt. Quod primus ille non modo in eam familiam sed

Clade autem ad inter plantium eum d sufficia sibi fuisse

Obiiciat nobilitatem tantam non sed parum cepisse latensi fecerit nervisse

[illegible]

etiam fratri praefecturam illam sellam curulem attulisset mi-
randum in modum letati sunt. Alios credo quia refer-
tum est municipium consularibus. Nam malivolos
non esse certe scio. Numquam intellexi vehementius hominum
suorum honore letari. Habemus hic nos, habent nostra mu-
nicipia. Quid ego de me, de fratre meo loquar? Quorum
honoribus agri prope dicam ipsi montesque faverunt.
Num tu vides Tusculanum aliquem de M. Cathone
illo, in omni virtute principe? Num de Tito Coruncanio
municipe suo? Num de tot Fabiis gloriari? Verbum
nemo facit. Ut in quemcumque Arpinatem incideris, etiam
si nolis, erit tamen tibi fortasse de nobis aliquid,
aliquid et de C. Mario audiendum. Primum igitur hic
habuit studia suorum ardentia, tu tanta quanta in hominibus
iam saturatis honoribus esse potuerunt. Deinde tui muni-
cipes sunt illi quidem splendidissimi homines, sed tamen
pauci. Siquidem cum Attinatibus conferantur. Huiusmodi
praefectura plena virorum fortissimorum, sic ut nulla tota Ita-
lia frequentior dici possit. Quam quidem nunc multitudinem
videtis iudices in squalore et luctu supplicem vobis. Hi
tot equites Romani, tot tribuni aerarii. Nam plebem
a iudicio dimisimus, que cuncta comitiis affuit. Quid

Amplificatio

Nota de Tusculano et glorie cupidi, et apparuit vilescere

Nota de arpino

Adaptat ad propositum

[illegible] multa adsumenta quibus sufficiat Plancium potius quam Laterensem edilem fieri, [illegible] ad unum et eundem locum et [illegible], [illegible] a causa [illegible] particula [illegible] Quis [illegible] Cicero [illegible] non expediens fuisse Plancio [illegible] Cui tanta fuerint [illegible] subsidia [illegible] cum [illegible] et vita commorat, ad eundem pertinent locum [illegible] Cicero non fuisse illi [illegible] correspondi, qui potuit in tanta virtute, [illegible] ista particula de [illegible] et [illegible] de que cause [illegible] ad [illegible]

alr tercina

robore, quid dignitatis huic petitioni attulerunt? Non enim tribum teretinam, de qua dicam alio loco, sed dignitatem sed oculorum coniectum, sed solidam, et robustam, et assiduam frequentiam prebuerunt. Jam municipia quoque etiam vicinitate vehementer moventur. Omnia que dico de plancio dico expertus in nobis. Sumus enim finitimi attinatibus. Laudanda est vel etiam amanda vicinitas, retinens veterem illum officii morem, non infuscata malivolentia, non assueta mendaciis, non fucata, non fallax, non erudita artificio simulationis, vel suburbano, vel etiam urbano. Nemo arpinas non plancio studuit, Nemo soranus, nemo cassinas, nemo aquinas. Totus ille celebris, venefranus, allifanus, tota denique nostra illa aspera et montuosa et fidelis, et simplex et fautrix suorum, regio se huius honore ornari, se augeri dignitate, arbitrabatur. Jisdem que ex municipiis adsunt equites romani publici tui legatione testimonio, nec minore nunc sunt sollicitudine quam tunc erant studio. Et enim est gravius spoliari fortunis, quam non augeri dignitate. Ergo ut alia in te erant illustriora, laterensis, que tibi maiores tui reliquerant, Sic te plancius hic non solum municipii verum etiam vicinitate genere vincebat. Nisi forte te

Vicinita amanda



alr reipublice

non dig[nitatis] dignitatis

Lanuvina aut gabina aut bouillana aut fabrias vici-
nitas adsumabat. Quibus e municipiis vix iam que
carnem latinis petant inveniuntur. Adiungam si vis
id quod tu etiam huic obesse putas. Patrem publi-
canum, qui ordo quanto adiumento sit honore quis nescit.
Flos enim equitum romanorum, ornamentum, firmamentum rei
publice, publicanorum ordine continetur. Quid est igitur
qui neget ordinis eius studium fuisse in honore plancii
singulare, neque iniuria, vel quod erat pater princeps
iam diu publicanorum, vel is ab sociis unice diligebat
vel quod diligentissime rogabat vel quia pro filio sup-
plicabat vel quia huius ipsius in illum ordinem summa
officia questure tribunatusque constabant, vel quod illi in
hoc ornando ordinem se ornare et consulere liberis suis
arbitrabantur. Aliquid praeterea timide dico, sed tamen
dicendum. Non enim opibus, non invidiosa gratia, non
potentia vix ferenda sed commemoratione beneficii, sed
misericordia sed precibus aliquid attulimus etiam nos, appellavi
populum, tribubus summisi me. Et supplicavi ultro me her-
cule, se michi etiam offerentes, ultro pollicentes rogavi.
Valuit causa rogandi, non gratia, nec si vir amplissimus
cui nichil est quod roganti concedi non iure possit.

Margin (left): de publicanis mode... / fuo no mo mire / si superandis
Margin (right): Cyslacio
Margin (right): Remouet vnum argumentum [illegible]

Nota rogatio

alia petitio

Arguit a minori

Contrarium

Contrarium

de aliquo ut dicis non impetravit. Ego sum arrogans, quod me valuisse dico. Nam ut omittam illud quod ego quod eo laborabam, qui valebat ipse per sese, rogatio ipsa semper est grossissima: que est offitio necessitudinis coniuncta maxime. Neque ego sic rogabam ut pete viderer: quia familiaris esset meus, quia vicinus, quia huius parente semper plurimum esset usus. Sed ut quasi parenti, et custodi meo non petitia mea, sed causa rogationis fuit gratiosa. Nemo mea restitucione letatus est. Nemo iniuria doluit. Cui non huius in me misericordia grata fuerit. Etenim si ante reditum meum Cn. Plantio e vulgo viri boni, cum hic tribunatum peteret, ultro offerebant, cui nomen meum hi non fuisset ei meas presentes preces non putas profuisse. An vintimienses coloni, quod Cn. Marium civili errore atque ex impiis manibus eripuerint, quod tecto receperint, quod fessum inedia fluctibusque recrearunt, quod viaticum congesserunt, quod navigium dederunt, quod eum linquentem terram eam qua servavit lacrimis votisque omnibus prosecuti sunt, eterna in laude versantur. Planciusque me compulsum vel ratione cedentem recepit, iuvit, custodivit, his et senatui populoque Romano ut haberent, quod reducerent conservavit honori huic fidem unquam virtute fuisse mirarer.

Testificatur dominus ...

Cum rogatus ... instanter et ...

.| Initia me hercule res he Cn. plancij, de quibz dixi Gerenda per q̄sim° p̄te° ad gerend° honor°
tege, potuerūt, ne tu in ea uita de qua iam dicam
tot et tanta adiumenta huic honori fuisse mirere
Hic est enī, qui adolescentulꝰ, cū a torquato ꝓfectꝰ
in affricam sit, ab grauissimo et sāctissimo, atqꝫ omni
laude, et honore dignissimo viro delectus est, ut et
contubernij necessitudo, et adolescentuli modestissimi pu-
dor postulat .| Et si adesset nō minꝰ ille declararet, qꝫ
hic illius frater patruelis, et socer T. torquatꝰ omni
illi, et v̄tute, et laude par, qui est quidē cū illo maxīs
vinculis, et ꝓpinquitatis, et affinitatis cōiunctus. Sed
ita magis amore ut ille necessitudines leues esse
videantur .| Fuit in creta postea cōtubernalis saturnini,
propinqui sui, miles huius, Q. Metelli, qui cum
fuerit probatissimꝰ, hodieqꝫ sit, omnibus esse probatū
debz sperare. In ea prouincia legatus fuit. C. sacerdos,
qua v̄tute, qua constantia uir. flaccus, qui homo, qui
ciuis, qualem hunc putent, assiduitate, testimonioqꝫ
declarat .| In macedonia trib. militū fuit. In eadē Macedonia
prouincia postea questor. Primū macedonia, sic eū diligit
ut indicant, hi principes ciuitatū suarū, qui cū missi sit

ob aliquam causam, in huius repentino periculo commoti huic
assident. pro hoc laborant, huic si presto fuerit, gratius se suis
civitatibus facturos putant, quam si legationes et mandata dete-
terint. Lucius vero Apuleius, huic tanti facit, ut morem
illorum maiorum, qui prescribit in parentum loco questoribus suis
pretores esse oportere officiis benivolentiaque superavit. Tri-
bunus plebis fuit non fortasse tam vehemens, quam isti, quos iure
laudas. Sed certe talis quales si omnes semper fuissent numquam
desideratus vehemens esset tribunus. Omitto illa que
si minus in scena sunt at certe cum sunt prolata laudantur,
Ut vivat cum suis, primum cum parente. Nam meo iudi-
cio pietas fundamentum est omnium virtutum, quem veretur
ut deum. Neque enim multo secus parens liberis. amat
vero ut sobolem, ut fratrem, ut equalem. Quid dicam cum
patruo. cum affinibus. cum propinquis cum hoc Cn. Saturnino
ornatissimo viro, cuius quantum honoris huius cupiditate
fuisse creditis cum videatis luctus societatem. Quid de me dicam
. Qui michi in huius periculo reus esse videor. Quid de his
tot viris talibus, quos videtis veste mutata. Atque
hec sunt indicia solida iudices et expressa signa probitatis
non fucata forensi specie, sed domesticis inusta notis
veritatis. Facilis est illa occursatio et blanditia popularis

Pietas

Similis est rebus ornatum / quod contra orate in quinta consta... confirmatio et epilogus quod ex arte post finisset argumenta, ostendit Cicero videlicet id ipse varia et multa dixisse de vita plantianis, et eius honestissimis dignitatis fore, ut ea in animis figeret auditorum id quod idoneus dicitur epilogo, et eius parte in qua enumeratio industria, per quam breviter colliguntur in summa quae dicta sunt, et ordine referuntur quicquid dictum est, velut si respicias quod in textu accuratissime factum videbis. 56

Aspiciat non attrectant, procul appetunt, non excutiunt. Non in manus sumuntur. Omnibus igitur hominum rebus ornatum hominem, quem exteris, quem domesticis, nullis rebus inferiorem quam te, nominis et generis dico superiorem aliis, municipum, vicinorum, societatum studio, temporum nostrorum memoria, patris virtute, integritate, modestia, aedilem factum esse miraris. Huius tu vite splendorem maculis aspergis istis? Iacis adulteria, quae nemo non modo nomine, sed ne suspicione quidem possit agnoscere. Maritum appellas, ut verba etiam fingas, non solum crimina. Ductam esse ab eo in provinciam aliquam dicis libidinis causa, quod non crimen est, sed impunitum in maledicto mendacium. Raptam esse mimmolam, quod dicitur Atine factum a iuvene vetere quodam in scenicos iure, maximeque oppidano. O adolescentiam traductam eleganter! Cuiquidem tu quod licuerit obiciat, tu ad ipsum falsum reperias. Emissus aliquis e carcere, et quidem emissus, ut cognostis, necessarii hominis optimique adolescentis rogatu. Idem postea prevaricatus requisitus. Atque hec nec ulla alia sunt coniecta maledicta in eius vita, de cuius vos pudore, religione, integritate dubitetis. Pater vero, inquit, etiam obesse filio debeat. O vocem duram atque indignam tua probitate

Fretretatio

Virtute integritate modestia

alias insolito

2a confutatio suspecta ex causa in qua diluit crimina Plancij

2a pars in qua diluit crimina Plancij

Huius tu vita / Hec est confutatio per primam orationis in qua Cicero confutat egregie quae obiecta sunt Plancio, quae quidem a Laterense obiecta ad hoc id videbantur spectare, ut in Plancius tam turpissime vite racione, tam sordida patris publicani vita et arrogantia nullo videri posset legitimis fretus auspiciis videri sed largitione obtinuisse. Et ob id esse de ambitu condemnandus. Hec ergo diligenter confutat Cicero, ne adversarij propter istam suspicionem largitionis indicat. Et ne per locum a principio a causa possint orationem decipere, dixisse vero primo in largitione corrupisse locum illum adversariorum egregie confutando dissolvit.

laterensis pater ut in iudicio capitis pro ut apud tales viros
obesse filio debebat qui si esset turpissimus, sordidissimus
tamen ipso nomine paterno valet apud clementes iudices
et misericordes, valet inquam communi sensu omnium, et dulcissima
commendatione nature. Sed cum sit Cn. Plancius his eques
Romanus, ea primo vetustate equestris ordinis ut pater
ut avus ut maiores eius omnes equites R. fuerunt
summum in praefecturam florentissima gradum tenuerint
et dignitatis et gratie deinde, ut ipse in legionibus P. Cras-
si imperatoris inter ornatissimos homines equites R. summo
splendore fuerit, Ut postea princeps inter suos plurimarum
rerum sanctissimus et iustissimus iudex maximarum societatum auctor
plurimarum magister, si non modo in eo nichil umquam reprehensum
sed laudata sunt omnia, tamen his sibi oberit honestissimo
filio pro qui vel minus honestum et alienum tueri vel auctoritate
sua vel gratia possit. Asperius inquit aliquid aliquando. Immo
fortasse liberius. At id ipsum inquit non est ferendum. Ergo
si ferendi sunt qui queruntur libertatem equitis R. se
ferre non posse. Ubinam ille mos? ubi illa equitas?
que malis? ubi illa antiqua libertas? que malis oppres-
sa civilibus extollere iam caput. Et aliquando recreata se
erigere debebat. Equitum ego R. etiam in homines

Et dulcissima

Communi

Ita confutat

alias ubi nam

Tradunt

nobiles maledicta plurimorum in Q. Sceuolam virum omnibus
ingenio iustitia integritate prestante aspere et ferociter
et libere dicta commemorem. Consulis P. Nasice preco Granius
medio in foro cum ille edicto iustitie domum descendens
rogasset Granium quid tristis esset an quod auctiones essent
immo vero inquit quod legiones. Idem tribuno plebis poten
tissimo homini M. Druso sed multa in rem publicam
molienti cum ille eum salutasset ut fit dixisset que quid
agis Grani respondit vero tu Druse quid agis. Ille Lucii
Crassi ille Marci Antonii voluntatem asperioribus face
tiis sepe perstrinxit impune. Nunc usque eo oppressa vestra arro
gantia civitas ut que fuit olym preconum irridendo
nunc equiti Romano implorando non sit concessa li
bertas. Que enim umquam fuit Plancio vox contumelie
potius quam doloris. Quid est enim autem umquam questus nisi
cum a sotiis et a se iniuriam propulsaret. Cum senatus
impedient quo minus id quod hostibus semper erat tri
butum nostris equitibus R. redderetur omnibus illa iniuria
publicanis fuit sed eum illum dolorem hic tulit pau
lo apertius. Comunis ille sensus malus fortasse latuit. hic
quod cum ceteris non sentiebat id magis quam ceteri et vultu
promptum habuit et lingua. Quamquam iudices agnosco enim ex me

Auctiones argumentum. inparatio rerum priuare ... vetere ut caius vendantur

Adaptat ad propositum

Contrarium

defectus in littera

Declarat a se ipso

per multa in Plancium quae ab eo numquam dicta sunt, conferunt. Ego quod
dico aliquid aut quod non studio adductus, sed contentione dicendi
aut lacessitus, et quia, ut fit in multis, exit aliquando aliquid, etsi
non perfacetum, attamen fortasse non rusticum, quicquid quisque dixit
me id dixisse dicunt. Ego autem si quid est, quod michi
scitum esse videatur et homine ingenio dignum, atque docto non
aspernor. Stomachor vero cum aliorum non modo me digna in
me conferunt. Nam quid primum sciunt legem de publicanis
tum cum vir amplissimus consul id ordini illi et populum dedit,
quod per senatum si licuisset dedisset, si in eo crimen est, quia
suffragium tulit, quis non tulit publicanus. Sed quia primum
sciunt utrum id fortis esse viri, an eius, qui eam legem
ferebat. Si fortis nullum crimen est in tanto. Si consulis
splendor etiam Plancii, huic a summo viro principem ordinis
iudicatum. Sed aliquando veniam ad causam in qua tu
nomine legis Licinie que est de sodaliciis, omnes ambitus
leges complexus es. Neque enim quicquam aliud in hac lege
nisi editicios iudices es secutus. Quod genus iudiciorum
si est equum ulla in re, nisi hac tributaria non intellego
quam obrem senatus hoc uno in genere tribus edi voluit ab
accusatore. Neque eandem editionem transtulerit in ceteras causas.
Denique de ipso ambitu de reiectione fieri voluit iudicium

Mos quisque aliena dictus attribuendi

alias forte

vel fortis

Divisio
Lex [illegible] defectuosa est et [illegible] aliis [illegible] et [illegible] male intelligi potest et [illegible] a lege

[illegible] quid [illegible] iudicium a [illegible] iniquum esse [illegible] ad iudicandum in [illegible] causa [illegible] debuit ex senatus consulto [illegible] potissime edere [illegible] ad [illegible] in causa [illegible] possent [illegible] et testes et iudices

Ad causam veniam. Causam eandem alia in constitutione confirmat [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] constitutiones ut Cicero inquit in veteri et recte [illegible] [illegible] defensio [illegible] in [illegible] diffidencie [illegible] [illegible] [illegible] aut [illegible] aut iudices mutandos [illegible] [illegible] hac constitutione [illegible] ista [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] legibus maioribus, equum, et bonum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ad hanc causam pertinent ut sunt a Cicero [illegible] practicata.

Vide [illegible] 2

altiorum Cumque nullum genus acerbitatis pretermitteret, hic tamen
unum pterrendus putavit, Sed istius rei obscura causa est.
an et agitata. Cum ista in senatu res agebatur, et dis-
putata hesterno die copiosius a Q. hortensio, cui tum sena-
tus assensus, hoc igitur sensimus cuiuscumque tribus largitor
esset, et per consensionem magistratum, honestatis sodali-
tas nominaretur. Quam quisque tribum, turpi largitione
corrumperet, eum maxime his hominibus, quibus eius tribus erant
esset notum ita putavit senatus, cum reo tribus ederentur.
Ne quas, hi largitione devinctas haberet, eosdem fore testes,
et iudices. acerbum omnino genus iudicii Sed tamen si vel
sua, vel ea, que maxime esset cuique coniuncta tribus ederetur vix
recusandum, Tu autem laterensis, quas tribus edidisti? Te-
rentinam credo. Fuit certe id equum, et certe expectatum
et fuit dignum constantia tua. Cuius tu tribus venditorem
et corruptorem, et sequestrem plancium fuisse clami-
tas, Eam tribum profecto severissimorum presertim hominum
et gravissimorum edere voluisti Ut voltiniam enim tibi nes-
cio quid etiam de illa tribu criminari. Hanc igitur ipsam
cur non edidisti? Quid plancio cum lemonia? cum Ufentina?
Quid cum Clustumina? Nam terram etiam que non iudica-
ret, sed que reiceret esse voluisti. / Dubitatis igitur inde

Quas laterensis tribus edidisti. / Tu autem laterensis / [illegible] quid plancio

[illegible] ad iu- dices

Arguit [illegible] et [illegible] / Nam [illegible] et [illegible] constat [illegible] videre plane ut ait Cicero in arte [illegible] et [illegible] iudices [illegible]

quod nos M. Laterensis suo iudicio, non summa legis, sed ad suam spem aliquid de civitate delegit? Dubitatis, quin eas tribus in quibus magnas necessitudines habet Plancius cum ille non edidit iudicavit officiis, cum ille non edideit iudicavit officiis, habet arbitrate remota ratione illa qua decernendo sicut summ. Tu deligis ex omni populo aut amicos tuos, aut inimicos meos, ut denique eos quos inexorabiles, quos inhumanos, quos crudeles existimes, tu me ignaro nec opinante in scito notes, et tuos, et tuorum necessarios, vel iniquos vel meos, vel etiam defensorum meorum, eodemque adiungas, quos natura putas asperos atque omnibus iniquos. Deinde effundas repente ut ante consessum eorum iudicium videam, quam potuerim, qui essent futuri suspicari. Apud eosque me ne quinque quidem reiectis, quod in proximo reo de consilii sententia constitutum est cogas rem de fortunis omnibus dicere. Non enim, si aut Plancius ita vixit, ut offenderet sciens neminem, aut ita tu errasti ut eos ederes imprudens, ut nos invito te tamen ad iudices, non ad carnifices veniremus, ideo ista condicio per se non acerba est. An vero nuper clarissimi cives nomen editicii iudicis non tulerunt, cum ex CXXV iudicibus principibus equestris ordinis quinque et LXX reus reiceret

Adhuc arguit quod Laterensis ipsum non equitate fecit

Contentio

Addite ad tot quod videre non possit constitui

Removet autem quod dubium

Contrarium

Arguit Plancius a maioribus reiectionibus editis quod in iudiciis editis a Laterensi ultro gente loquendo quid inquid ita fecit et hos iudices editos ex omni populo ut nemo reiciat, cum clarissimi cives nuper nomen editi iudicis non tulerunt

Renovat id quod dixerat ad oppositionem

Arguit a lege

referret omnia, que potius pertinuerant, quam ei legi condi-
tionique parere. Nos neque ex delectis iudicibus, sed ex omni
populo, neque editos ad reiciendum, sed ab accusatore consti-
tutos iudices ita feremus, ut neminem reiciamus, Neque ego nunc
legis iniquitatem querar. Sed factum tuum a sententia legis
doceo discrepare Et illud acerbum iudicium quemadmodum sena-
tus censuit, populusque iussit, ita fecisses, ut huic et suam
et ab hoc fuatas, ederent non modo non quererer Sed hunc
iudicibus editis, qui testes eidem possent esse absolutum pu-
tarem. Neque multo, nunc secus existimo, Cum enim has tribus
edidisti, ignotis te iudicibus uti, male quam notis indicavisti
. Fugisti sententiam legis. Equitatem omnem reiecisti, in tenebris
quam in luce causam versare maluisti Voltinia tribus ab hoc
corrupta, terentina habueat uenalem. Quid diceres apud
voltinienses, aut tribules suos iudices, immo vero tu
quid diceres, quem iudicem ex illis, aut tacitum testem haberes
Aut vero etiam excitares. Et enim si reus tribum ederet Vol-
tiniam fortasse plantius propter vicinitatem, at necessitudinem
vero edidisset Et si questor edendus fuisset, quem tandem potius
quam hunc C. Alfium, qui habet, cui notissimus esse debet
vicinum tribulem, gravissimum hominem iustissimumque edidisset
. Cuius quidem equitas, ut mea voluntas erga Cn. Plancii

Deinde arguit quod licet de lege iniquitate non conqueratur, tamen docet factum laterensis a legis sententia discrepare. Et ostendit quomodo discrepet, et quod legis sententiam fugerit, quod malluerit uti ignotis iudicibus, et causam in tenebris quam in luce versari.

salutem, qua ille sine ulla cupiditatis suspitione p se fert
facile declarat non fuisse fugiend tribulem huic judice
tui quesitore tribulem. exoptand fuisse videatis. Neq
ego nunc consiliu reprehendo tuu, q no eas tribus, quib
hic maxe notus eas edideris Sed a te doceo consiliu no
suatu senatus. Et eni quis te tu audiret illor aut qd
diceres sequestre, ne plancium respuerent aures nemo ig-
nosceret, repudiaretur, an grosum illi libenter audiret
nos non timide confitemur. Noli eni putare laterensis
legib istis, quas senatus de ambitu sancire voluerit
id esse actu, ut suffragio, ut obsuantia ut gratia
tolletur Semp fuerunt boni viri, qui apud tribules
suos esse grosi vellent. Neq eni tam dur in plebem
nr ordo fuit. Ut ea tolli nra modica libertate noluit
Neq hic liberis nris interdicend est, ne obsuet tribu-
les suos, ne diligat, ne defice necessariis suis, suam
tribum possint, ne par ab his mun in sua petoe
respetent. Hec eni plena sunt officii, plena obsua-
toe, plena etiam antiquitatis. In isto gene et fuim
ipi. Cum ambitois nra tempa postulabant, et claris-
simos viros esse vidim, et hodie esse volu quamplures
grosos. Decuriato tribuli, descripto ppli suffragia

Remouet dubium

Confirmat

Pbat hoc a claris viris

Hic cicero confitetur de se ipso et inducit exemplum

largitione deuicta seueritate senatus et bonorum omnium vi
ac dolorem excitarent. Hec doce profer huc incumbe
laterensis decuriasse plancium conscripsisse, sequestrem
fuisse, pronunciasse diuisisse, tum mirabor, te his armis
uti, que tibi lex dabat noluisse. tribulibus enim iudicibus
non modo seueritatem illorum si ista vera sint, sed ne vultus
quidem ferre possemus, Hanc tu rationem cum fugeris, cumque
hos iudices habere nolueris? quorum in hoc delicto, cum sci-
entia certissima, tum dolor grauissimus esse debuit Quid apud
hos dices, qui abs te taciti requirunt, cur hoc sibi oneris
imposueris? Cur se potissimum delegeris. Cur denique se diui-
nare malueris, quam eos qui scirent iudicare. Ego plancium | Renotat ad oppositum et in dupplicem adaptando
laterensis et hominem grosum esse dico, et habuisse in petitione
multos, cupidos sui grosos, quos tu si sodales, vocas offi-
tiosam amicitiam nomine criminoso. Sin quia grosi sunt | diuisio
accusandos putas. Noli mirari te id, quod tua dignitas
postulauit repudiandis grosorum amicitiis non esse assecutum.
Nam ut ego doceo, grosum esse tribu plancium, quod multis
benigne fecit, pro multis spopondeit. In operas plurimos
patris auctoritate et gratia miseit, quod denique omnibus officiis per se
per patrem per maiores suos, totam attinate profecturam
comprehendeit, Sic tu doces sequestrem fuisse largitum esse

ex. d. si non potes pro(ba)re concede a causa

conspexisse tribules, decuriavisse. Quod si non potes, nolli
nolli tollere ex ordine nostro liberalitatem. Noli maleficium
putare esse gratiam. Noli observantiam sancire penam.
Itaque hesitantem te in hoc sodaliciorum tribuario crimine
ad communem ambitus causam contulisti, in qua desinamus aliquando,
si videtur, vulgari et pervagata declamatione contendere.
Sic enim tecum ago. Quam tibi commodum est unam tribu
delige. Tu doce id quod debes, per quem sequestrem, quo di-
visore corrupta sit. Ego, si id facere non poteris, et ut opinio
mea fert nec incipies quidem, per quem tulerit docebo.
Estne hec vera contentio. Placetne sic agi. Non possum
magis pedem conferre, ut aiunt, aut propius accedere. Quid
taces. Quid dissimulas. Quid tergiversaris. Etiam atque etiam
insto, atque urgeo, insector, posco, atque adeo flagito crimen. Correptio
Quamcumque tribum inquam delegeris, quam tulerit Plancius, tu
ostendito si poteris vitium. Ego qua ratione tulerit, do-
cebo. Nec erit hec alia ratio Plancio ac Laterensi. Nam quas
tribus tulisti, earum ex te rationem possimus, quorum studio tu-
leris, explicare. Sic ego hoc contendo, me tibi adversario
cuiuscumque tribus rationem poposcero, rediturum. Sed cur ego
(Fecit transitum ad generale argumentum) sic ago, quasi non comitiis iam superioribus sit Plan-
cius designatus edilis. Que comitia primum habere cepit consul.

Sed cur ego sic ago: Nunc iterum in generali constitutionem confirmat et ex loco forti quem hic ante tetigit. Arguit enim Plancium non posse visibiliter debuisse [illegible] ex tribus et plures potuisse corrumpere. Et arguit quod per locum a signo [illegible] temporis spacii et [illegible] consulis [illegible] in [illegible] summa [illegible] et [illegible] legem ambitus [illegible] subito [illegible] opinionem. Ut si [illegible] cogitasset quispiam largiri, ne daretur spatium comparandi, quia [illegible] [illegible] [illegible] quid ut minima suspicio largitionis causa esse potest.

Deinde arguit per locum [illegible] a causa non expedisse Plancio largitione corrumpere. Cum dicit fuisse [illegible] in [illegible] centuria prerogativa, ut nemo [illegible] tulerit quam ipse renunciatus sit. Aut [illegible] ipsis comitiis consul, aut [illegible] in [illegible] [illegible]

nec ordinibus rebus

cui omnibz in rebz summa auct(orita)s, tu ipse harum ipsarum legum ambitus
auctor. Idem hic cepit subito preter opinionem omniz ut ne
si cogitasset quidez, quispiam largiri daretur spatium comparandi.
Vocate tribz latum suffragium diribite renunciate. Longe plu-
rimum valuit plantius. Nulla largitoibz nec fuit, nec esse
potuit suspicio. An tandez una centuria prerogativa
tantum hz auctoritatis ut nemo umquam prior eam tulerit quin
renunciatus sit. Aut his ipsis comitijs consul, aut certe in
illum annum edilem, tu plantium factum esse mirare in quo
non exigua pars populi, sz universus populus voluntatem declaravit
Cuius in honore non unius tribz pars, sed comitia tota comitijs fuit
rogata. Quo quidem tempore, si id laterensis facere voluisses, aut
si gravitatis esse putasses tue. Quod multi nobiles sepe fe-
cerunt ut tu minus valuisses suffragijs, quam putasses
Postea prolatis comitijs prosternerent se et populo Romano
fracto animo, atque humili supplicarent, non dubito quin omnis
ad te conversura fuit multitudo. Numquam enim nobilitas integra
presertim, atque innocens, a populo Romano supplex repudiata
fuit. Sed si tibi gravitas tua et magnitudo animi pluris
fuit vel sicut esse debuit, quam edilitas, noli tu habeas, id
quod malueris desiderare, id quod minoris putare. Equidem
primum, ut honore dignus essem maxime semper laboravi. Secundo

Demonstrat enim per hoc plantium non fuisse opus largicione sed supplicasse populo.

Demonstrat quare laterensis non obtinuit

Juventi etiam laterensis etc. / Hic Cicero multa cum arte requiritur ad hoc confirmandum constitucionem iudicialem absolutam in causa planci sapienter et caute; confirmat, pro locum a consuetudine et laterensem indignatum se esse praeteritum, inhabilis consolatur eum excitans in spem maioris dignitatis, cum ipsa ita commemorat, et dicit, quot, et quanti viri repulsam ediliciam passi sunt, qui tamen facti sunt consules.

ut existimaret. Tecum mihi fuit illud, quod plerisque prius in ipsos honos. Cui hiis denique debet esse iocundus? quorum dignitati populus romanus testimonium non beneficium ambitioni dedit. / Juventius etiam laterensis, quid ymaginibus tuis quod ornatissimo atque optimo viro patri tuo respondeas mortuo Noli illa meditari. Atque illud cave potius: ne tua ista querela dolor atque nimius ab illis sapientissimis viris reprehendatur. Vidit enim pater tuus appium claudium nobilissimum hominem vivo patre suo potentissimo, atque clarissimo cive C. claudio edilem non esse factum. et eundem sine repulsa factum esse consulem. Vidit hominem sibi maxime coniunctum egregium virum L. volcacium. Vidit M. pisonem in ista edilitate offensiuncula accepta, summos a populo Romano esse honores adeptos. Avus vero tuus, et P. nasice tibi edilicia predicaret repulsam: quo civem neminem ego statuo in hac re publica fortiorem. Et C. Marii, qui duabus edilitatibus acceptis repulsis, septies consul est factus. L. cesari. C. Cn. Octavii. M. Tullii omnes scimus edilitate preteritos consules esse factos. Sed quid ego edilitias repulsas colligo? Que sepe huiusmodi habite sunt. Ut hiis qui preteriti essent benigne fecisse a populo videtur. Tribunus militum L. philippus summa nobilitate et eloquentia Questor C. Celius clarissimus ac fortis-

non putes

Declaratio dicti per exempla

Offensiuncula

Edilitatem petiit per exempla

simus adolescens, Tribunum pl. Rutilius Ruffus, C. fimbria, C. Crassus, Cn. Horestes facti non sint, quos tamen omnes consules factos scimus esse. Que tibi ultro pater et maiores tui non consolandi tui gratia dicent. Neque vero quo te liberent aliqua culpa, quam tu vereris, ne a te suscepta videatur. Sed ut te ad cursum istum tenendum, quem a prima etate suscepisti, cohortentur. Nichil enim est michi crede laterensis de te detractum. Dico etiam si verius vel quod accidit interpretari velis, est aliquid etiam de virtute significatum tua. Noli enim existimare non magnum quendam motum fuisse illius petitionis tue, de qua, ne aliquid iurares destitisti. Denunciasti homo adolescens, quid de summa re publica sentires, fortius tu quidem quam nonnulli defuncti honoribus, sed apertius quam vel ambitionis, vel etatis tue, ratio postulabat. Quam obrem in dissentiente populo, noli putare nullos fuisse, quos animus ille fortis tuus offenderet. Qui te incautum fortasse nunc tuo loco dimovere potuerunt, providentem autem, et premunientem numquam commovebunt. Quin etiam illa argumenta duxerunt. Dubitatis inquit, quin coitio facta sit, cum tribus plerasque cum plotio tulerit plancius. An una fieri potuerunt, si una tribus non tulisset. At nonnullas punctis pene totidem quippe cum iam factis prope superioribus comitiis, declaratique venissent, quamquam ne id

[Margin, beside "etate suscepisti": Adaptat eam ad propositum [illegible]]

[Margin, beside "inquit, quin coitio": [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]]

[Foot of page: [illegible] confirmacio [illegible], [illegible] confutat suspiciones in [illegible] [illegible]. Et quia ex paritate suffragiorum [illegible] [illegible] [illegible] tribus, una tulisse [illegible] inducebatur coitionis. Arguit Cicero [illegible] non debere suspicionem coitionis induci [illegible] [illegible] [illegible] causa [illegible] [illegible] coitionem sibi [illegible] [illegible] fuisse, cum iam facti superioribus comitiis prope iam declarati venissent.]

quidem suspitionem coitionis huius. Neque enim unquam maiores
nostri sortitionem constituissent ediliciam, nisi viderent accidere

Arguit eos hic circumstantia laterensis

posse, ut competitores pares suffragiis essent. Et ais
prioribus comitiis a mensem ul potius plodio / terentina
plantio, tibi esset concessam. Nunc ab utroque eos avulsas
ne in angustu venirent, quam convenit, imbutum cognita populi
voluntate hos, qui iam tamen invictos fuisse dicis iactu-
ram suarum tribuum, quo vos adiuvaretis fecisse. Eosdem

Nomine

cum iam essent experti, quid valerent, restrictos et tena-
ces fuisse. Etenim verebantur credo angustias, quia res in
contentionem aut in discrimine aliquod posset venire. Sed

Deinde quod eos suspitionem laterensis inducebat a testibus confutat per locum ab testes, ut habes in textu

tamen tu ante Plotium virum ornatissimum in eadem crimine
vocandum indicas. Cum te arripuisse a quo non sis rogatus.
Nam quod questus es plures testes habere de voltinia
quam quod in ea tribu puncta tulerit, indicas, aut eos testes te
adducere, qui, quod nummos acceperint te preterierint, aut te non

Etiam laterensis suspitionem largitionis inducebat asserendo nummos fuisse deprehensos in circo flaminio, hic confutat Cicero per locum a rumore, ut habes in textu

constituta quidem eorum suffragia tulisse. Illud vero crimine
de nummis, quos in circo flaminio deprehensos esse dixisti
caluit re recenti. Nunc, et in causa refrixit. Neque enim
qui illi nummi fuerint, nec que tribus, nec qui divisor
ostendere. Atque hiis quidem ductus ad consules, qui tu in crimine
vocabantur. Se in quod utilius iacturam communiter gerebatur

Deinde quod coitionis eorum suspitio inducebatur per hoc quod laterensis asseruit sibi prioribus comitiis plotio et plantio competitoribus concessum esse [illegible] ne in angustum venirent ab utroque avulsas esse, dicens quod confutat Cicero per locum a [illegible] a causa [illegible] quod [illegible] fuisse [illegible] non fuisse, quia iam eam superioribus comitiis declarati, sic ut satis appareat, nihil [illegible] dici [illegible]

Cui si erat divisor, presertim eius, quem tu habebas reum,
cur abs te non est factus. Cur non eius dampnatione
aliquid ad id iudicium preiudicii comparasti. Sed neque tu hec
habes. Nec eis confidis. Alia te ratio. Alia cogitatio, ad spem
huius opprimendi excitavit. Magne sunt in te opes, late
patet gratia multi amici multi cupiditatum Multi fautores
laudis tue. Multi huic invident, Multis eciam pro optimus
vir nimium retinens equestris iuris et libertatis videtur
Multi eciam communes inimici reorum omnium qui semper ita testimonium
de ambitu dicunt, quasi, aut moveant animos suis testimoniis,
Aut gratum populo Romano sit: Aut ab eo facilius ob eam
causam dignitatem, quam volunt consequantur. Quibus,
cum me iudice pugnantem, meo more pristino, non videbitis
Non quo michi fas sit quicquam effugere quod salus Plancii
postulet. Sed quia neque necesse est, me id persequi voce
quod id mente videatis, et quia ita de me meriti sunt illi ipsi,
quos ego testes video paratos, Ut eorum reprehensionem
vos vestre prudentie assumere, mee modestie remittere debeatis
Illud unum magnopere, quaeso vos oro, atque obsecro iudices
tamen huius quem defendo tum communis periculi causa, ne fictis
auditionibus, ne disseminato, dispersoque sermoni fortunas inno-
centium subiciendas putetis Multi amici accusatoris, nonnulli

In invidia ducens est simulat [illegible] / quia potius [illegible] [illegible] placium accusavit.

Confutat per locum contra testes dicens eos cupide testificari cum sit eos communes reorum omnium inimicos.

vel modestie

Rogat iudices ut investiget et inveniat veritatem.

Contra testes et fautores

Nichil
nō Maledictum

etiam nostri iniqui, uel inimici, alii vero obtrectatores atque omnium mundi multa finxerunt. Nichil est autem tam voluttre quam maledictum, nichil facilius emittitur, nichil citius excipitur, latius dissipatur, neque ego, si fonte maledicti repieris, ut negligatis, aut dissimuletis umquam postulabo. Sed si quid sine capite manabit, aut quid erit eiusmodi, ut non extet autor, qui audierit, aut illa negligens nobis esse uidebitur, ut unde audierit oblitus sit, aut ita leue habebit autorem, ut memoria dignum non putauit, huius illa uox uulgaris auditum ne quid te innocenti noceat oramus. Sed venio iam ad L. Cassium familiarem meum cuius ex ornatore ne illum quidem iuuentum, teum expostulaui, que ille omni et uirtute et humanitate ornatus adolescens primum de plebe edilem curulem esse factum dixit. In quo Cassi si illa tibi respondeam nescisse ad populum Romanum neque fuisse qui id vobis narret, presertim mortuo Longino, non opinor admitere. Cum ego ipse non abhorrens a studio antiquitatis me hoc id ex te primum audisse confitear. Et quam fuit tua perelegans, ac perquam subtilis oratio digna equitis Romani, uel studio, uel pudore, tamen quod sit ab hijs esse audita, ut magis honos et ingenio et humanitati tue tribuetur, respondebo ad ea, que dixisti, que pleraque de ipso sine fuerunt. In quibus ipsi aculei, si quos habuisti

Cauit primo se tulius ad oratorem laterensis qui erat L. Cassius

Dicitque eque Romanum vel plancium pronice qui erat de re equestri quam melius fuit equitibus [illegible]

Dicitur [illegible] et [illegible] in plan[illegible]

Sed venio iam ad L. Cassium / [illegible] [illegible] [illegible] se [illegible] ad L. Cassium, [illegible] ad illa, que in plancium et sepius introgando [illegible]. Et in hac parte [illegible] Ciceronis [illegible]. Nam [illegible] ex his locis colligo ut [illegible] eius apud Ciceronem [illegible] plena [illegible] arte, [illegible] ista [illegible] vel [illegible]. Et [illegible] in quibusdam [illegible], magis [illegible] quam [illegible] videtur. Est enim [illegible] egressio quod hic dicitur non debet alti[illegible] quam narrationi subiungi [illegible] assignavit [illegible] Quintilianum, et hec [illegible] oratorie institutionis [illegible] de egressione, [illegible] in hac egressio sicut [illegible] arte debuit Cicero non [illegible] in rem aliam, sed in re [illegible], ut ornaret et compleret orationem suam.

[illegible] memo[illegible] fingentes [illegible]

[illegible] fing[illegible]

in me reprehendo. Tamen michi non ingrati acciderunt
Quesisti utrum michi putare equiti romano filio faciliorem
fuisse ad adipiscendos honores, an futura esse filio
meo quia esset familia consulari. Ego vero quamquam illi
omnia malo quam michi, tamen illi honorum aditum numquam
faciliorem optavi quam michi fuerunt. Qui etiam ne forte
ille sibi me potius peperisse iam honores quam iter de-
monstrasse adipiscendorum putet. Hec illi soli precipe quamquam
ad precepta etas non est gnatus, que ille a Ione ortus suis
precepta filiis. Vigilandum est semper. Multe insidie sunt bonis
nostris et cetera, que nonne id quod multi videant, que
scripsit Ennius, et ille ingeniosus poeta scripsit. Non ut il-
los regios pueros, qui iam nusquam erant, sed ut nos et
nostros liberos ad laborem et laudem excitaret. Queris
quid potuerit amplius assequi plancius, si Gn. scipionis
fuisset filius, magis edilis fieri non potuisset. Sed hoc prestare
quod ei nimis invidetur. Et enim gradus honorum summis hominibus
et infimis sunt pares, glorie dispares. Quis nostrum se dicit
M. curioni, quis C. fabricio, quis P. duello parem,
quis atilio calatino, quis Gn. et P. scipionibus, quis affri-
cano Marcello maximo. Eosdem summis honorum gradus
Nota memoriter quos illi assecuti. Est enim in virtute multum ascensus. Ut
trecentesimus consules fuisse ab anno primo consule quousque ad tempora ciceronis
sepius quadringentesimis annis, Romani populi libertatem durasse.

et non fuit consulatus, hic enim numeratur in ordinariis dignitatibus, sed extraordinariis hoc ut erat dictatura que maior quam consulatus erat

Marginalia (right): alias quesisti / prudentissime pater vel alias / alias soleo / Vigilandum / Tangit robur plancii quod fuit suspectus super a filio Tullii / Gradus honorum / glorie / filiis scipionis / vel unus / Est enim / verus

Marginalia (left): poete scripsit Ennius

honor ppli

no digna

his max^e gloria excellat, qui virtutu plurimu p̄stet /. Honore
populi finis est consulatus, que magistrati octingenti
fere consecuti sut, horu si diligent^r queras vix decimam
ptem repies gla digna / Sed nemo umq̄ sic egit ut tu
Cur iste fuit consul ∴ Qd posset amplius si .l. brutus eet
: Qui ciuitate dominatu regio liberauit, honore n^l amplius
laude mltu / Sit igr plancius / nichilominus questor e^e fcus
et. tri pl^e. et equester et^e si esset summo loco natus, Sed
h^e pari loco orti, sut in numerabiles alij consecuti, pferes tum.
phos. T. et. G. Martij et queris, quid simile in plancio
quasi vero isti quos commemoras ppea mag q tum.
pharant. et no quia commissi sut his ingratis, in quibus
re bene gesta triumpharent. Rogas q castra uideit, qui
et miles in creta huic in pric. et tribunus et macedonia
militum fuit. Et questor tantu ex re militari, detraxit
tempis q^m in me custodiendo transferre maluit Queris
nostri desertus vno id quod scdz est. ne sibi quide vide^r

alis disertus

∴ DMES ∴

Num Juris consultus, q̄i quisq̄ sit, qui sibi hunc falsu
de Jure respondisse dicat / Oms em̄ istiusmodi artes
in his reprehendun^t qui eu professi sut, satisfacere no pnt
Non in hijs qui abfuisse, ab istis studijs confitent^r. virtus
probitas integritas, in candidato / no lingue volubilitas

alis virtute

non ars non scientia requiri solet ut nos in mancipijs — Similitudo
parandis quamvis frugi hominem si pro fabro aut pro tex-
tore emimus ferre moleste solemus Si eas artes quas in
emendo secuti sumus forte nesciverit. Sin autem emimus
quem vilicum imponeremus quem pecori preficeremus nichil in eo
nisi frugalitatem laborem vigilantiam esse curamus Sic
populus romanus deligit magistratus quasi rei publice vilicos
in quibus si que postea est ars facile patitur Sin mi-
nus virtute eorum et innocentia contentus est quotus enim
quisque disertus quotus quisque iuris peritus est ut eos nu-
meres qui volunt esse Et si preterea honore dignus Quid nam
tot optimis et ornatissimis civibus est futurum Iubes plancium — Confirmatio
de vitijs laterensis dicere nichil potest nisi in eum nimis esse
iratum esse putabis fuisse Item effers laterensem lau-
dibus facile patior id te agere multis verbis quod ad iudicium
non pertineat Et id te accusantem tam diu dicere quod ego defen-
sor sine periculo possim confiteri. Atqui non modo con-
fiteor summa in laterensi ornamenta esse Sed te etiam
reprehendo quod ea non enumeres alia quidem inania et levia
conquiras Preneste fecisse ludos quid alii questores non-
ne fecerunt Cirenis liberalem in publicanos iustum
in socios fuisse quis negat Sed ita multa Rome geruntur

Vt vix ea que fiunt in provinciis audiant. Non vereor si
ne michi aliquid inde videar arrogasse. Si de questura
mea dixero, quamvis illa floruit, tamen eum me postea fuisse
in maximis arbitror. Vt non multum ita michi sit ex ques-
ture laudis repetendum. Sed tamen non vereor ne quis au-
deat dicere illius in sicilia questuram aut gratiorem aut
clariorem fuisse. Vere me hercules hoc dicam sic existimabam
tamen nichil homines aliud Rome nisi de questura in ea
loqui frumenti in summa caritate maximum numerum miseram
negotiatoribus comis mercatoribus iustus municipibus libe-
ralis sociis abstinens omnibus eram visus in omni officio
diligentissimus. Excogitati quidem erant a siculis honores
inauditi. Itaque hac spe decedebam. Vt michi populum Romanum ultro
omnia delaturum putare. An ego cum diebus his itineris faci-
endi causa decedens ex provincia puteolos forte venissem
cum plurimi et lautissimi esse solent in his locis concidi
pene iudices. Cum me quidem quesisset quo die Roma
exissem et numquid in ea esset novi. Cui cum respondisse
mea est provincia decedere. etiam me hercule inquit ut
opinor ex affrica. Huic ego iam stomachans fastidiose immo
ex Sicilia inquam. Tum quidam qui omnia sciret. Quid tu nescis
inquit hunc Syracusis questorem fuisse. Quid multa destiti sto-

stomacari. Et me unu ex hijs feci qui ad aquas venisset
Sed ea tum iudices haud scio an plus michi profuit quam si
michi tunc essent omnes congratulati. Nam posteaquam sensi
populum Romanum aures ebetiores atque acutos habere destiti
quid de me audituri essent homines cogitare feci ut post-
ea quottidie presentem me viderent. Habitavi in oculis pressi
forum neminem a congressu meo neque ianitor meus neque
somnus absterruit. Et quid ego dicam de occupatis meis tem-
poribus cui fuit negotium quidem numquam otiosum. Nam quas
tu commemoras Cassi legere te solere orationes cum otiosus sis
has ego scripsi ludis et feriis ne omnino umquam essem otiosus
Et enim M. Catonis illud quod in principio scripsit originum
suarum semper magnificum et preclarum putavi clarorum virorum — CLARORUM
atque magnorum non minus ocij quam negotij ratione extare opor-
tere. Ita si quam habeo laudem que quanta sit nescio parta
Rome est quesita in foro. Meaque privata consilia publica
quos casus comprobaverunt ut etiam summa rei publice michi
domi fuit gerenda et urbs in urbe servanda. Eadem igitur
Cassi via muniti Laterensis est idem virtuti cursus ad gloriam — nota dignum
hoc facilior fortasse quod ego huc a me ortus et per me nixus
ascendi istius egregia virtus adiuvabitur commendatione maiorum
Sed ut redeam ad Plancium numquam ex urbe affuit nisi sorte

necessitate, non valuit reb3 his, quib3 fortasse nonnulli. Valuit assiduitate, Valuit suandis amicis, liberalitate fuit in oculis, petiuit et usus ratione, qua infirma inuidia noui

Rudet Cassio eo q dicebat nimium esse grad placis

hoies plurimi, eosdem honores consecuti. Nam quid ais Cassi non plus me plantio debere, q bonis hominib3, q his

Ra ps posit in diuision

eque mea salus cara fuit Ego me debere omnib3 bonis fateor. Sed etiam hii quib3 ego debeo boni viri et ciues comitiis edilitiis, se meo nomine debere plantio dicebant. Verum fac me multum debere, et in his plantio. Vtrum igitur me conturbare oportet an ceteris, cum cuiusque dies venit hoc nomen

fat quadam similitudine

quo vrget nunc competitor dissoluere, quamquam dissimilis est

Reinq

debitum pecunie et gre

Gratia

pecunie debitio et gratie. Nam qui pecuniam dissoluit, statim non habet id quod reddidit, Qui autem debet sibi retinet alienum, Gratiam autem qui refert habet, Et qui habet in eo ipso quod habet refert, Neque nunc ego plantio desinam debere. Si hoc soluero, nec minus ei redderem, uoluntate

Desrendt ad suum propositum ponit quoddam aliud qd imputauit sibi,

ipsa, si hoc molestie non accidisset. Queris a me Cassi quid pro fratre meo, quid michi est carissimum, Quid pro meis liberis, quib3 nichil pot esse iocundius, amplius q pro plantio facio, facere possim. Nec uides istorum ipsorum caritate ad huius salutem deferendam maxime stimulari me, atque concitari Nam

als meam

nec illis huius salute a quo in eam scirent esse defensam

quitęs est optauit, et ego ipse inuicem illos aspicio, quin pluries me
huius conseruatum esse meminerim, huius meritum in me recor-
dare. / Opimium damnatum esse commemoras, seruatorem ipsum
rei publice calidium adiungis. Cuius lege Q. Metellus in ciuitatem
sit restitutus, reprehendis meas pro plantio preces, quod nec
Opimius suo nomine liberatus sit, nec Q. metelli calidius
de calidio tibi non respondebo, quod ipse uidi Q. Metellum
pium consulem, pretoriis comitiis petente Q. Calidio populo
supplicasse. Cum quidem non dubitaret et consul, et
homo nobilissimus patronum illud esse suum, familie sue
nobilissime dicere, quo loco quero ex te, num id in iudicio cali-
dii putes. Quod ego in plantio putes facio. Aut metellum
pium, si Rome esse potuisset, aut patrem eius, si vixisset non
fuisse facturum. Non Opimii quidem calamitas ut ex hominum
memoria posset euelli. Vulnus illud rei publice dedecus
huius imperii, turpitudo populi Romani, non iudicium putandum
est. Quam enim illi iudices, si iudices et principes patrie
nominandi sunt grauiorem potuerunt rei publice infringere
securi, quam cum illum qui a ciuitate eiecerunt, qui pretor finitimo,
consul domestico bello r. p. liberarat. / At enim
nimis ego magnum beneficium plantio. Et ut ais, id ubique
exaggero, quasi me tuo non arbitratu, et non in eo gratum
esse oporteat. Quid istius tantum meritum inquit, an te, quia non

Cassius proposuit duo exempla talis quod videat sibi et Tulio tradi.

|| alias singulauit

||uigilauit ymo quia non uigilari passus non est Quoquidem loco tu Cassi etiam purgasti inimicos meos, nam uite nullas ab ipsis insidias fuisse dixisti. Posuit hec idem laterensis quaobrem de isto paulopost plura dicam. De te tamen requiro. Utrum putes odium in me mediocre inimicorum fuisse, quod fuit illorum tantum regio. utrum putes odium in me mediocre inimicorum fuisse: Quod fuit illorum tantum requiro. Utrum putes odium uingus barbarorum, tam in mane, ac tam uequitas crudele in hostem. Non fuisse in hoc aliquem aut fame metu aut pene, quorum uidisti toto illo anno ferrum in foro flamma in delubris, uim in tota urbe uersari nisi extimas eos iterato interitu uite mee pepercisse, et de reditu meo non timerent. Et quemquam putas fuisse tam excordem, qui uiuis hiis stante urbe, curia redituros me si uiuerem non putaret Quaobrem non debes homo hic ipse et ipse ciuis predicare uitam mea que fidelitate amicorum seruata sit. Inimicorum modestia non esse appetita. Respondebo tibi nunc laterensis minus fortasse uehementer, quam abs te sum prouocatus. Sed profecto nec considerate minus, nec minus amice. Nam primum illud fuit asperius, me que de plantio dicere mentiri, et temporis causa fingere. Sed homo sapiens excogitaui, quaobrem uiderer maximis beneficiis uinculis obstrictus, cum liberet esse et solutus. Quid enim michi ad defendendum plantium parum multe, parum

Respondebo tibi nunc laterensis. Preterea Cicero confutatus sua quibus se ad laterensem, et ipsius in se obiecta confutat et quibus in loco fuit consule Cicerone, In uno enim magis inuectus Cicero in hac confutacione, ut propter gratitudinem, Innocentia et uirtute plancij uideatur ouidem tam acriter defendere eum aduersarij toties contenderent unde ipse seipse narrat tamen sed, et in eo causa singulare plancij beneficium hoc pie, et facunde narrato se quibus ad perorationem.

iste necessitudines essent familiaritatis / vicinitatis / patris /
amicitie Que si non essent vereor credo / ne turpiter
facerem si hunc splendore et hac dignitate defenderem.
fingenda fuit michi iudicis causa p[er]acuta Ut ei que
michi debere oportet ego me o[mn]ia debere dicerem. Ut idem etiam
gregarii milites faciunt inuiti. Ut coronam det / ciui
tam / et se ab aliquo seruatos esse fateantur. / Non quod turpe
sit protectum in acie hostium in manibus eripi. Nam id
accidere / nisi forti et pugnanti ciui non potest. Sed onus
beneficii reformidant / quod permagnum est / alieno de-
bere idem quod parenti. Et cum ceteri vera beneficia / etiam
minora dissimulent / ne obligati esse videantur. ego me be-
neficio instructum esse emetior / cui me referri quidem
gratia posse / videar. Un hunc tu laterensis ignorabas, qui tu
michi esses amicissimus, cui vel periculum vite tue mecum
sociare voluisses, tu me in illo tristi et acerbo luctu
atque descensu non lacrimis solum tuis / sed animo corpore
/ copiis prosecutus esses, tu meos liberos et uxorem
me absente tuis opibus auxeris defendisses. Sic semper
mecum egisti, te michi remittere / atque concedere. Ut omne
studium meum in Gn. Plancii honore consumerem. Quod
eius in me meritum tibi etiam gratum esse dicebas Nec
autem michi me novi / nichil temporis causa dicere, Nomine

De quo loco seruatus / seruatus megis / et curator

iudicii ad aptandum suum propositum

// alias invitti

ex consuetudine erat sed forte quod qui unius seruabat aliquem civem in bello in signum honoris et premii dabatur seruitori una corona civica

// alias me

etiam illa testis est oratio que est a me prima habita in senatu
in qua cum paucis nominatim egissem gratias quod omnes
enumerari gratias nullo modo poterant, scelus autem esset quemque preteriri
Statuissem eos solum nominare qui cause nostre du-
ces et quasi signiferi fuissent. In his plantio gratias
egi. Recitetur que oratio que propter eius magnitudinem dicta
de scripto est. In qua ego homo astutus ei me debebam
cui nichil magnopere deberem, Et huius tanti officii ser-
vitute astringam testimonio sempiterno. Nolo cetera
que a me mandata sunt litteris recitare pretermitto, ne
aut proferre videar ad tempus aut eo genere, uti litterarum
quod meis studiis aptius quam consuetudini iudiciorum esse
videam. Itaque etiam clamitas laterensis, quousque ista
dicas nichil in scriptio profecisti. Absolute iam sunt
partes tue, de scriptio michi videtur obiicies, quem ego
de me benemeritum quia te teste cognoveram, te eodem
autore defendi Et ei dices quousque que negas quam pro
scriptio contenderem impetrare potuisse Nam istius
ubi quousque licet poterat esse invidia, datus est tibi ille,
condonatus ille, non facis finem ferre non possum ei quidem
qui pro uno laboravit, ipsum non obtinuit dici. Quo-
usque irridentis magis est quam reprehendentis. Nisi forte ego unus

ita me gessi in iudicijs, ita et in hijs et inter hos vixi
fs in causis prori, is in re publica ciuis, et sum, et semper
fui, salus a te constituatur, qui nichil a iudicibus debeat
vmquam impetrare. Et michi lacrimulam Crispiani iudi-
cibus obiectas. Sic enim dixisti. Vidi ego tuam lacrimulam
Vide quam me sibi tui peniteat, non modo lacrimulam
sed multas lacrimas et fletum cum singultu videre
potuisti. An ego qui meorum lacrimis, me absente commo-
tus, simultates, quas mecum habebat deposuisset, meeque
saluti non modo non oppugnator, ut inimici mei puta-
rent, sed etiam defensor fuisset, huius in periculo non dolorem
meum significarem. Tu autem Laterensis, qui tu lacrimas
meas gratas esse dicebas, nunc easdem vis inuidiosas
videri. Negas tribunatum Plancii quicquam tribuisse ad
iumenti dignitati mee. Atque hic loco, quod verissime
facere potes, L. Racilii fortissimi, et constantissimi viri
diuina in me merita commemoras. Cuiquidem ego,
sicut in Plancio numquam dissimulaui me plurimum debere,
semperque pro me feram. Nullas enim sibi ille neque con-
tenciones neque inimicitias, neque vite dimicationes
Neque pro re publica, neque pro me defugiendas putauit
Atque nunc quod ego sum in illum gratus, tam licuisset

p hoīz vim, et inpriciam . p̄ . ro . ei gram referri .
Sed si non eād contendit in tribunatu plantius existi-
re debes, nō huic voluntate defuisse, Sed me tu iam
plantio deber̄ Marcij Statilij beneficijs fuisse contentu
. An vero putas iudices iccirco min⁹ mea causa factur⁹
& me esse ꝯtum cominare . an tu ꝑplus r . illo . S . C .
quod in monumento marci factu est, quo mea sal⁹
omibȝ est gentibȝ comendata, vni Gn . plantio gratias
egeit, Vnus enī fuit de Mgratibȝ, aut pro magratibȝ
defensor salutis mee, Cui senat⁹ pro me gras agēdas
putauit . Ei ego a me referendā gram non putem .
. / Atqui cum tu vides, quo me tandē aio in te putas esse
laterensis ullū esse tantū piculū, tantū laborem, tātā
contentōz, q̄ ego modo nō pro salute tua, sed etiaz pro
dignitate defugēz. Quoquid etiaz magē sum, nō dicam
miser . Nam quidem abhorret a ṽtute ubi, Sed tote
ꝯtiq, nōq; mltis debeo, leue em̄ onus beneficij grād
sed quia sepe concurrit, ꝓpter aliquorū de me meritorū
int' ipos contentoes, ut eod tempe in oms verear
ne vix ꝯtus possim vided, Sed ego meis ponderibus
examiabo, non solum quid tu debeam, sed etiaz quid
cuiusq; intersit Et quid a me cuiusq; tps postat . / Igit'

leue em̄

studiu tuu, vel etiam si vis existimatio, laus, edilitas.
Ut Gn. plancii salus pria fortua, saluu tu me esse
cupisti. Hic fecit etiaz, ut esse possem. Distrahor tn
et divellor dolore, et in causa dispari defendi te a me
doleo Sed meditus fidius multo citius meam salutem
pro te obiecero quam Gn. plancii salute tradidero con-
tentoni tue. Et eni vide cum omnibz virtutibz me affectu
esse cupiam, tn nichil est, quod malli, quam me et
gratu esse, et videri. Hec est eni vna virtus, no solum
maxima, sed etiam mr virtutu oim reliquaz. Quid
est pietas nisi voluntas grata in parentes, qui sut boni
Cives, qui belli, qui domi de pria benemerentes nisi
qui prie beneficia meminerut, qui sancti, qui religio-
nu colentes, nisi qui merita dijs immortalibz gratiam
iustis honoribz et memori mente psoluut, Que potest
esse iocunditas vite sublatis amicitijs Que porro ami-
citia potest esse inter ingratos. Quis est nrm libera-
liter educatus, cui non educatores, Cui non Magri sui
atqz doctores, Cui locus, no ille mutus ipse, ubi alitus
aut doctus est, cu grata recordatione in mente uset.
Cui opes tanti esse possut, aut vnqz fuerut, qui sine
multorz amicorz officijs stare possint Que certa sublata

entia

Amice Gratitudo in gratum esse

Hec est enim
Gratitudo virtus magnifica
Pietas

Que potest esse

memoria et gra nulla extare pnt, Equidem nil tam
ppum homis existimo, qm no modo benefico sed etiam
beniuolentie significatoe alligari. Nichil porro tam
inhumanum, tam inane, tam ferū, q͂z committē, ut bnfi-
tio non dicam indign⁹, sed uict⁹ esse uideat. Que cū
ita sit iam suacumbam. laterensi isti tuo ori, nimioq͂z
in eo ipo in quo nichil potest esse, nimiū gratū esse
concedebam. Petamq͂z a uobis iudices. Vt eum benefi-
tio complectamini, que qui rephendit quod gtū pter mouz
dicat esse. Neq͂z eni ad negliend⁹ meaz gram debetuale
quod dixit idem, Voz n̄ nocentes, n̄ litigiosos esse, quo-
min⁹ me apud voz, vale oportet quasi vero in amiti-
tia mea, non hec psidia, si qua forte sūt in me parata
semp amicis esse maluerim, q͂z necessaria, Et eni ego
de me, tantū audeo dice, amicitiaz meaz voluptati-
pluibz qm psidio fuisse, neq͂z vehement vite mee
penitet, si in mea familiaritate locus esset nemi nisi
litigioso, aut nocenti, Sed hec nescio quo frequent
in me congessisti! Saneq͂z in eo creber fuisti te iato
in locos causam conitere noluisti, ne ego me cōsuetu-
dine aliquid dethesis mie causa dicez quod in alijs
edilibz ante fecissēt. Non n̄ egisti hoc loco. Nam michi

eripuisti ornamentum orationis mee. Deridebor si mentione
dechensare fecero. Cum tu id predixeris, sine chensis quid
potero dicere. Hic etiam addisti me irritto mea lege,
ex illo l ambitu texuisse. Vt miserabiliores epilogos
possem dicere. Non nobis videor, cum aliquo declamatore Consueto aduersario sunt
non cum laborare et fortis disputare. Rhodi enim inquit no
fui. Ale vult fuisse. Sed fui inquit putabam in vateis
deturpis bis, in bithiam, si locus habet reprehensionem
causam aliqua, nescio cur seueriorem utrea putas. Quam
Rhodum. Si spectanda causa est. Si in bithinia, summa cum
dignitate fuisti. Et ego Rhodi non minore. Nam quod
in eo me reprehendisti, quod nimium multos defenderem, ut
et tu, qui potes, et ceteri, qui diffugiunt vellent, me la-
bore vehit leuare. Sed sit vera diligentia, qui in causis
ponderandis, omnes fere repudiate, ut ad nos plereque con-
fluant. Cum miseris et laborantibus nichil negare possim.
Admonuisti etiam, quod in creta fuisses. Deinde aliquid
in petore sua dici potuisse me id predidisse. Vter igitur
nostrum est cupidior dicti, Ego ne qui, quid dici potuit,
non dixerim. An tu, qui etiam ipse in te dixeris. Tu
aiebas in tuis rebus gestis nullas litteras misisse, quod michi
mee, quas ad aliquem misissem obfuissent. Quas ego
michi obfuisse non intelligo rei publice video prodesse

potuisse. Sed sunt hec leviora. Illa vero graviora atque magna, quod meum discessum quem sepe defleras nunc quasi deprehendere et accusare voluisti. Dixisti enim non auxilium michi, sed me auxilio defuisse. Ego vero fateor me quod viderim michi auxilium non deesse idcirco me illi auxilio pepercisse. Quis enim status, quod discrimen, que fuit in re publica tempestas illa, quis nescit. Tribunitius me terror an consularis movit. Decertare michi ferro magnum fuit cum reliquiis eorum, quos florentes, atque integros sine ferro viceram. Consules post hominum memoriam teterrimi atque turpissimi, sicut et illa principia, et hi recentes exitus eorum declararunt. Quorum alter exercitum perdidit, alter vendidit. Empti provinciis a senatu, a re publica, aut bonis omnibus defecerant qui exercitibus, qui armis, qui opibus plurimum poterant. Cum quid sentirent nescirent. Furialis illa vox nefariis stupris religiosis altaribus effeminata secum, et illos consules facere acerbissime personabat. Egentes in locupletes, perditi in bonos servi in dominos armabantur. Aderat mecum senatus, et quidem veste mutata, quod pro uno me, post hominum memoriam publico consilio susceptum est. Sed recordare, qui tum fuerint consules nomine hostes, qui soli in hac urbe senatui parere non sciverint. Edictoque suo non luctum patribus conscriptis clodii sed

no

luctus iuditia ademerint / Aderat meum timitus equester ordo / quem quid in contentionibus saltator ille Catiline consul proscriptionis denuntiatione terrebat. Ut tota Italia conve-nerat : Cui quid belli intestini / et vastitatis metus infe-rebatur / Histe ego auxiliis studentibus / atque incitatis uti me lateriis potuisse confiteor. Sed erat / non iure / non legi-bus / non disceptando decertandum / Nam profecto presertim tam bona in causa / nunquam quo certe habundarunt / et michi auxilium meum defuisset. Armis fuit armis in eo dimicandum : Cuibus a suis / et a suorum ducibus cedes fieri senatus / et bono-rum . r . p . exitiosum fuisset. Vinci autem improbos - a bonis fateor / fuisse preclarum / si fine eum vincendi vi-derem / que profecto non videbam. Ubi enim presto fuisset m̄ / aut tam fortis consul / quam l. opimius / quam G. marius / quam l. flaccus / quibus ducibus improbos cives / res publica uicit ar-matus. Aut si minus fortes / attamen causa iusti / quam p. mutius / qui arma / que privatus p. scipio sumpserat / ea tiberio graccho / interempto iure optimo sumpta esse defendit. Esset igitur pugnandum cum consulibus / Nichil aliud dico nisi illud victorie nostre quenes adversarios paratos / interitus / nullos ultores esse videbam / Histe ego auxiliis salutis mee / si iccirco defui / quia nolui dimicare / fateor id /

quod ius, non aux^o. michi, sed me auxilio defuisse. Sin autem quo maiora studia in me bonorum fuerunt, hic his magis consulendum et parcendum putaui. tu in me reprehende quod Q. metello laudi datum est. Hodierque est, et semper erit maxime glorie, que, ut potes ex multis audire, qui tu affuerunt inuictissimis viris constat bonis restitisse. Nec fuisse dubium quin contentione et armis superior posset esse. Ego ille tu suum, non tum senatus factum defendet cum perseuerantiam sine non sue salutem reipublice retinuisset tamen ob illam, quo illud voluntarium vulnus accepit iustissimos omnium metellorum, et clarissimos triumphos glorie laude superauit. quod et illos ipsos improbissimos ciues interfici voluit. Et ne quis bonus interiret in eadem cede prouidit. Ego tantis periculis proposite cum si victus essem interitus rei publice, si vicissem infinita dimicatio pateretur committere, Vt idem proditor rei publice nominare qui seruator fuissem. Mortem timuisse dicis. Ego vero ne immortalitatem quidem contra rem publicam accipiendam putarem. Ne dum emori cum pernitie rei publice vellem Nam qui pro republica mortem vitam dediderunt, licet me desipere dicatis, nunquam me hercule eos mortem potius quam immortalitate assecutos putaui. Ego vero si tu

·HAM· QUE·

Sententia

illorum impi

illorum impiorum ferro ac manu contendissem in perpetuum
res publica civile presidium salutis sue perdidisset. Cum etiam si
me vis aliqua morbi aut natura ipsa consumpsisset tamen
auxilia posteritatis essent imminuta quod peremptum esset mei
morte id auxilium qualis futurus in me retinendo fuisset
S. p. q. r. Iam si unquam in vite cupiditas fuisset ego
mense decembri mei consulatus omnium parricidarum tela commovisse
? Quin si xx. quiessem dies in aliorum vigiliam consules
recidissent. Quamobrem si vite cupiditas contra rem publicam Quaobrem
est turpis certe multo mortis cupiditas mea turpior fuisset
cum pernicie civitatis. Nam quod esse te in re publica liberum gloriatus
es, id ego fateor, et letor, et tibi etiam in hoc congratulor. Et fateor et letor,
Quod me autem negasti in eo neque te neque quemquam diutius
patientia errare. Nam si quis ideo aliquid de dignitate
mea diminutum putat, quod non ab omnibus eisdem, a quibus
antea solitus sum dissentire, dissentiam. Primum si bene de
me meritis gratum me prebeo, non desino incurrere in crimen
hominis nimium memoris nimiumque grati. Sin autem sine ullo
rei publice detrimento respicio, etiam aliquando salutem, tum
meam, tum meorum, certe non modo, non sum reprehen-
dendus. Sed etiam si ruere vellem, boni viri me, ut id
ne favorem rogarent. Res vero ipsa publica si loqui posset alias facerem

agere metum. Ut qui sibi fuissem semper, numquam michi fructus aut ex se, non ut oportuisset letos et uberes, sed magis acerbitate permistos tulissem. Ut michi iam servitem considerem meis. Sed nonmodo satis habere amicum, sed etiam vereri, ne parum michi pro eo, quod tu a me habes reddidisset. Et si horum vel cogito, et idem fui in republica, qui fui semper tamen ne libertate tegres mea quam tu ponis in eo, si semper tu his contrariam aliis contendimus depugnemus. quod est longe secus. Stare enim debemus omnes, tamquam in urbe aliquo reipublice, qui quam vsetur eam deligere partem, ad quam nos illius utilitas, salusque quiteit. Ego autem Cn. Pompeium non dico autorem, ducem defensorem salutis mee Nam hic privatum fortasse officiorum memoriam et gratiam querunt. Sed dico hic, quod ad salutem reipublice pertinet, Ego enim non tuear quem omnes in republica principem esse concedunt. Ego Cn. Cesarem laudibus desum, qui primum populi Romani non me tui semper senatum, adixi plurimis, atque amplissimis iuditiis esse videam celebratas, Cum hercle non confitear non iudicium aliquod habuisse de rei publice utilitate Sed hominibus amicum aut inimicum fuisse. An tu videam navem secundis ventis cursum tenentem suum, si non eum petat portum que ego vel alii probavi, Sed alium non minus tutum, atque

tranquillum, cum tempestate pugne periculose potius
quam illi salute presertim proposita obtemperarem. et pa-
triam. Ego vero hec didici, hec vidi, hec scripta legi, hec uo pulcre
de sapientissimis et clarissimis viris, et in hac re publica et
in aliis ciuitatibus monimenta litterarum ut nobis prodiderunt
Non semper easdem sententias ab eisdem. sed quascumque rei
publice, status, indignatio, ipsorum ratio concordie postularet
esse defendendas. Quod ego et facio, lateter, et semper
faciam, libertatem que in me recepis, quia neque ego
dimisi vnquam nisi ciuitatem. Non in priuatis, sed in quadam
moderatione positam putabo. Nunc venio ad illum ex- al's meita
mium quod dixisti dum plaudunt in me meritis urbis extol-
lerem Me arte facere ex cloaca lapidem, et e sepulchro
venerari pro deo, neque enim michi insidiarum periculum ul-
lum, nisi mortis fuisse. Tum ego temporis rationem explicabo
breui nec inuidia. Nihil enim ex meis temporibus, quod minus
peruagatum, quod minus aut mea celebratione commemora-
tione celebratum sit aut nobis notum, atque auditum, Ego
enim latens ex illo incendio legum. iuris. senatus. bonorum omnium.
cedens, cum mea domus ardore suo deflagrationem urbis
atque Italie toti minaretur, nisi concessissem Siciliam petiui
animo. que et michi erat, sicut ipsa domus una quieta

et obtinebat a Gn. Virgilio · quo tu me uno vel maxime
cum vetustati amicitia · tum mei fratris colega · Cum
rei publice sortiatur vide nunc caligine temporum illorum · cum ipsa
pene insula · michi sese obviam ferre vellet, pater ille
eius de tri. pl. contionibus, propter eandem rei publice causam
sepe veratus, nichil amplius dico, nisi me in siciliam
venire voluit. Quid dicam Gn. Virgilio tali civi et
viro benivolentiam, in me memoriam omni tempore
humanitate fidem defuisse non est eorum, Sed quia tem-
pestatem nostram vobis, cum non tulissem metuit, ut eam
ipsam non posset opibus suis sustinere, cum consilio respecte
Mutato iter a Vibone Brundusium terra petere contendi
nam maritimos cursus precludebat hiemis. Cum omnia
illa municipia · que sunt a Vibone Brundusium in fide
mea inde essent, cum iter tutum, multis minitantibus
magno cum suo metu prestiterunt Brundusium veni. Vel
potius ad menia accessi Urbem unam michi ami-
cissimam declinavi · que se vel potius excidi, quam e suo
complexu · Ut eriperer facile pateretur. In ortos me
M. Leni Flacci contuli. Cum cuius mei publicato bonorum
exilium mors proponeretur, Hec perpeti, si acciderent maluit
quam custodiam mei capitis dimittere. Huius ego, et parente

cuius prudentissimi, atque optimi senis, et utriusque filiorum
manibus inane tuta ac fideli collatus, eorumque preces, et
vota de meo reditu, exaudiens Durachium, quod erat
in fide mea petere contendi. Quo cum venissem cognovi
id quod audieram, refertam esse Greciam, sceleratissimorum
hominum ac nefariorum quorum impium ferrum ignesque pesti-
feros, meus consulatus ille e manibus extorserat. qui
antequam de meo adventu audire potuissent, cum tamen
adessent aliquot dierum viam in Macedoniam, ad Plancium
perrexi. Hic vero simulatque me mare transisse cognovit
Audi, audi, atque, attende, Laterensis Ut scias, quid ego
Plancio debeam, considerareque aliquando quod faciam me, et
grate, et pie facere. Huic que pro salute mea fecerit si mi-
nus profutura essent Obesse certe non oportet Nam
simulat me Durachium attigisse audivit, statim ad me
lictoribus dimissis, insignibus abiectis veste mutata profectus
est, O. acerbam michi iudices memoriam temporis
illius, et loci. Cum hic in me incidit, cum complexus est
Conspersitque lacrimis, nec loqui pre merore potuit, O rem
cum auditu crudelem, Cum visu nefariam, O, reliquas
omnes dies, noctesque eas, quibus iste a me non recedens
Thesalonicam, me in questorium perduxit. Hic ego nunc de

ptore macedonie, nichil dicam amplius: nisi eu, et ciuem optimu, semp et michi amicu fuisse Sed eadem ptimuisse que ceteros Cn. plantiu fuisse vmqz vnu, non q minus timeret Sed si accident, ea que timerent, metum ea subire, et pperi vellet. Qui tu a me et. l. Tuberio meus necessarius, qui fri meo legatus fuiss, decedens ex asia venisset, easqz insidias, quas michi paratas ab exulibus coniuratis audieat aio detulisset in asiam me ire, ppter eius prouincie metu Et cum meo fre necessitudine coparante, non est passus, ui me inqz plantius, et complexu suo retinuit. Multosqz menses a capite meo no discessit Abiecta questoia pa. coitis ez assupta. O, excubias tuas. Cn. planti misas. O flebiles vigilias, o noctes acbas. O, custodiam etiam mei capitis, infelicem siquidem ego tibi: viuus no prosum, qui fortasse mortuus profuissem. Memini em memi, nec vmqz obliuiscor tue mortis illius, cum tibi vigiliam assidenti merenti vana. quidem miseria atqz inania falsa spe inductus polliceabar, me si essem in pria restitutus pntem tibi gratiam relaturus, Sin Michi vitam. sors ademiss aut vis aliqua maior reditu peremisset, Hos quos. cui ego, tum alios animo intuebar, oia tibi illorum

ul nocte

tuorum laborum premia per me soluturos. Quid me aspectas, quid mea promissa repetis? Quid meam fidem imploras? Nichil tibi ego, tum de meis opibus pollicebar sed horum erga me beniuolentiam promittebam. Hos pro me lugere, hos gemere, hos decertare pro meo capite, uel uite periculo velle videbam. De horum desiderio, luctu, querelis, quotidie tecum aliquid simul audiebam. Nunc timeo ne nichil tibi preter lacrimas queam reddere, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudisti. Quid enim possum aliud, nisi merere, nisi flere, nisi te cum mea salute complecti? Salutem tibi iidem dare possunt, qui mihi reddiderunt. Hunc tamen exurge queso, retinebo, et complectar nec me solum deprecatorem fortunarum tuarum vel sed comitem sociumque profitebor. Atque ut spero, nemo erit tam crudeli animo, tamque inhumano, nec tam immemor non dicam in bonos meritorum, sed bonorum in me, qui a me mei seruatorem capitis diuellat ac distrahat. Non ego meis ornatum beneficiis a vobis deprecor iudices, sed custodem salutis mee, non opibus contendo, non auctoritate, non gratia, sed precibus, sed lacrimis, sed misericordia. Mecum vos sil. miserrimus et optimus obtestantur pater. Et pro uno filio duo patres deprecamur. Nolite iudices per vos, per fortunas vestras lacrime

Non ego meis ornatum etc. Hic deprecatio [illegible] … [illegible]
[illegible] et ad deprecationem [illegible] in iudicium non veniat [illegible] … [illegible]
[illegible]

Plura ne dicam etc. Hic [illegible] dici posset totum de [illegible] epilogus et conclusio [illegible] epilogi [illegible] ut in eo omnis effunderetur [illegible] ad misericordiam [illegible] [illegible]

p liberos inimicis meis, his psertim, quos pro vra
salute suscepi dare leticia. Oblitisne vos iam oblitos mei
salutis eius. A quo mea salus conservata e hostes extitisse.
Nolite animum meum debilitare cum luctu, cum etiam
vestre comutate metu voluntatis erga me. Sinite me p
vobis fretus, hunc sepe promisi, id a vobis ei psolvere. Teq
C. Flave oro et obtestor, qui meorum consiliorum in consulatu
socius periculorum, particeps rerum, quas gessi adiutor fuisti
Meque non modo salvum semper, sed etiam ornatum, florentemque
esse voluisti. Ut michi p eos conserves eum p quem me tibi
his, conservatum esse vides. Plura ne dicam, tue me et lac
me impediunt, vreque iud non solum mee, quibus ego magno
in metu meos subito inducor in spem. vos in eosdem, in
hoc conservando futuros, qui fuistis in me, qm istis vestris
lacrimis de illis recordor, quas p me sepe multas pfudistis.

Non cuer

Magne bellorum iudices etc. [illegible] benivolentia [illegible] auditores [illegible] odium [illegible]

su

M. T. CICERONIS. ORO. PRO. P. SILLA. INCIPIT. FELICITER ...

[illegible] silla, et Antronius ... [illegible]

Maxime vellem iudices. ut P. silla. et antea dignitatis sue splendorem obtinet! et post calamitatem acceptam modestie fructum aliquem potuisset percipere. Sed quia ita tulit casus infestus. ut amplissimo in honore. cum communis ambitionis inuidia. tum singulari Antronij odio euerteretur. Et in his compressione fortune reliquiis miseris et afflictis. tamen haberet quasdam. quorum animos ne supplicio quidem suo satiare posset. quamquam ex hoc in causis magna animo molestiam capio. tamen in ceteris malis facile patior oblatum michi tempus in quo boni viri lenitatem meam. misericordiamque nota omnibus quondam. nunc quasi intermissam agnoscerent. Improbi et perditi cives redomiti. atque uicti. precipitante republica. vehementem me fuisse. atque fortem. conseruata mitem ac misericordem faterentur.

¶ Et quoniam L. torquatus meus familiaris. ac necessarius inde extimauit. si nostram in accusatione necessitudinem familiaritatemque

lepido et volcatio consulibus L. torquatus consul designatus

Captat beniuolentiam Cicero ... [illegible]

Contra ambitionis

Captat beniuolentiam a persona ... [illegible]

[illegible]

violassent, a quo se de auxilio defensionis mee posse dicebant,
tum huius periculi propulsatione coniugam defensionem
officii mei, quo quidem genere non uterer orationis, iudices
hoc tempore si mea solum interesset. Multis enim michi locis
et data facultas est, et semper dabitur de mea laude
dicendi. Sed ut ille vidit quantum de mea auctoritate deripuisset,
tantum se de huius presidiis diminuturum, sic hic ego sentio, si
mei officii rationem vobis, constantiamque huius officii ac
defensionis probaro, causamque me P. Sille probaturum.
Ac primum abs te illud, L. Torquate, primum quero, cur me
a ceteris clarissimis viris, ac principibus civitatis in hoc officio
atque in defensionis iure secernas. Quid enim qua obrem
abs te, Q. Hortensii factum clarissimi, atque ornatissimi viri
non reprehendam meum. Nam si initum est consilium
a P. Silla inflammande civitatis huius, extinguendi imperii, delende urbis, michi maiorem hec res dolorem quam
Q. Hortensio michi magis hoc odium afferre debent. Meum
denique gravius iudicium qui adiuvandus in his causis
qui oppugnandus, qui defendendus, qui deserendus esse
videatur. Ita inquit, tu investigasti, tu patefecisti
coniurationem. Quod cum dicit non attendit eum, qui patefecit hoc curasse ut id omnes viderent, quod antea fuisset

De laude Ciceronis

Articulus

alias hec res

alias atque

ocultum Quare ista contratio, si patefactum per me est tam
per Hortensio, quam michi, que tu videas honore sit, aucte,
virtute, consilio preditum non dubitasse, cuin innocente
P. Sillam defenderet, cuero tunc qui additus ad causam
Hortensio patuerit, michi interclusus esse debuit. Cuero
etiam si me, qui defendo reprehendendum putas esse
quid tandem de hiis existimes summis viris, et clarissimis
civibus, quorum studio et dignitate celebrari, hoc iudicio orna-
nari, causam defendi, huius innocentie uides. Non enim
una est oro defensionis, ea que posita esse est in oratione
. Omnes qui adsunt, qui laborant, qui salvum volunt, pro
sua parte, atque auctoritate defendunt. An vero in quibus subse-
liis hec ornamenta, ac lumina reipublice viderem in hiis me
apparere nollem. Cuorum ego illum in locum, atque in hunc
celsissima sedem dignitatis, atque honoris meis multis
ac magnis laboribus, et periculis ascendissem. Atque ut
intelligas torquate que accusas, si te id offendit, quod
ego qui hanc gentem quoniam defenderem, mecum non desinit per Sille
recordare de ceteris quos adesse huic vides intelli-
ges, et de hiis, et de ceteris iudicium meum et horum par-
et unum fuisse. Cuis nostrum affuit vargunteio. Nemo.
. neque huic quidem, Q. Hortensius, presertim, qui illum solus

articulus

Repetit

Removet dubium et conclusit ad illud 2

alii atque

antea de ambitu defendisset. Non enim iam se ullo offitio cum illo coniunctum arbitrabatur. Cum ille tanto scelere commisso

Repetitio. Item [illegible]

omnium officiorum societatem diremisset. Quis enim Servium sullam quis publium quis marcum lecam, quis cornelium defendendum putavit? Quis his horum affuit? Nemo, quid ita? quia

quia ceteris

ceteris causis etiam nocentes, viri boni, si necessarii sunt defendendos esse non putant. In hoc crimine non solum levitatis est culpa, verum etiam quedam contagio sceleris. Si defendas esse non putant eum, quem obstrictum est patrie parricidio suscipere. Quid antronio? Nonne sodales, non college sui, non veteres amici, quorum ille copia quondam habundarat, non hi omnes qui sunt in republica principes defuerunt? Ymo etiam testimonio plerique leserunt. Statuerunt tamen illud esse maleficium, quod non modo non occultari per se sed etiam apperiri illustrarique debet. Quamobrem quid est quod mirere, cum iisdem me in hac causa vides adesse cum quibus in ceteris intelligis affuisse. Nisi vero unum me vis ferum preter ceteros, me asperum me inhumanum existimari, me singulari inhumanitate, et crudelitate preditum. Hanc michi tu, si propter meas res gestas imponis in omni vita mea personam torquate vehementer erras. Me natura misericordem, patria severum, crudelem nec natura nec patria esse voluit. Denique ipsam istam personam vehementem

alias per [illegible]

De [illegible] [illegible] est confutatio per unam orationis [illegible] narratio [illegible] confirmatio [illegible] repetitio et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et modi [illegible] [illegible] [illegible] est. Et [illegible] narratio [illegible] [illegible] [illegible] sullam defendit [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] narratio [illegible] [illegible] fundabatur. Non enim iam scient iudices esse [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nisi [illegible] [illegible] narrata purgare. [illegible] [illegible] narratio [illegible] in ea causa ipsa et [illegible] [illegible] [illegible], torquati. Non habuit [illegible] [illegible] offensionem, eo quod narranda fuisset [illegible] [illegible] [illegible] suspicionem quia [illegible] sulla [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] narrare, ~~[illegible] offensionem eo quod narranda fuissent illa~~ [illegible] [illegible] fundabatur medicamentum voluere [illegible], et [illegible] statim defensio mitigaret. Et si [illegible] [illegible] [illegible], et [illegible], ut [illegible] et ad [illegible] [illegible], [illegible] ut in arte [illegible] [illegible] [illegible]. Et [illegible] ita [illegible] elegan[illegible] [illegible] [illegible] repetita [illegible] [illegible] [illegible] et purgat [illegible] ut [illegible] appet in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] in statu [illegible] [illegible]. Ipsa enim confutatio est dissolutio [illegible] dissolutio [illegible] adversarii. Ergo [illegible] rite [illegible] [illegible] [illegible] narratio [illegible] ad confutationem. Et [illegible] [illegible] [illegible] aliam confirmationem facile [illegible] [illegible]. Talis autem [illegible] confutatio [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] dissolvere quibus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] causa [illegible] [illegible] [illegible] suspiciones [illegible], et [illegible] defensionem tota [illegible] [illegible] in refutatione ut ait quintilianus. [illegible] [illegible] [illegible] suffit defendenti [illegible] confirmationem videre. Et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et confirmatio [illegible] confutatio [illegible]. Postea [illegible] aliena confutat [illegible] tractatur [illegible] valde [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] antonio oratori [illegible] a [illegible]. Et in arte [illegible] a [illegible] valde [illegible] a [illegible] [illegible]

et acrem, quam michi tum temporis et res publica imposuit
iam voluntas et natura ipsa detraxit. Illa enim ad breve
tempus severitatem postulavit, hec in omni vita lenitatem
misericordiamque desiderat. Quare nichil est, quod ex tanto
comitatu, virorum amplissimorum me unum abstrahis.
Simplex officium atque una est bonorum omnium causa. Nichil est,
quod admirere, posthac, si in eadem ea parte, quam tu
animadvertis, me videbis. Nulla est enim in republica
causa mea propria. Tempus agendi fuit magis in me proprium,
quam ceteris, dolor vero, et timor, et periculi fuit illa cau-
sa communis. Neque enim princeps tunc ad salutem esse potu-
issem, si esse alii comites noluissent. Quare necesse
est, quod michi consuli precipuum fuit preter alios, id iam
privato, cum ceteris esse commune. Neque enim hec partiende invi-
die invidue, sed communicande laudis causa loquor.
Oneris mei partem nemini impertio, glorie bonis hominibus.
Item Autronio testimonium dixisti inquit. Sillam de-
fendis. Hoc totum eiusmodi est iudices. Ut si ego sum
inconstans, ac levis, nec testimonio fidem tribui convenit
. Nec defensioni auctoritatem. Sin est in me ratio reipublice
religio privati officii, studium retinende voluntatis bonorum Articulus
accusator nichil minus debet dicere, quam a me defendi Sillam.

in libro de oratore dicit enim quod neque reprehendi quod [illegible] dicendo putat non tua confutet, ut quod [illegible] nisi ea reprehendas
ideirco quod contra [illegible] et tractatione cuncta sunt, sed his omissis videamus hac confutatione in qua primo a tergo
in seipsum obiecta confutat, quod pars non sit accusationis [illegible] a causa non est [illegible] tractata ideo non est
opus in hac parte disquisitione locorum [illegible] sit [illegible] et [illegible] ad causam et [illegible] quem modum, quia demonstrativa
legitima ratione quia defensio [illegible] a Cicerone et Hortensio Silla quondam [illegible] a testibus defenditur, cum nec
Hortensius [illegible] ut Cicero [illegible] tales viri defenderent, scientes ambo, qui in illis coniurationibus noverunt
fuerunt, nisi utique [illegible] Sillam innocentem fuisse.

testimoniu lesum esse antronii Videor eni non studiu
ad offendendas causas, vero opinois aliud, et auc^tis afferre
, qua, et moderate vtar mea, et omo non uterer, si ille
me non coegisset ? / Due coniuratoes abste torquate co-
stituuntur, Vna que lepido, et volcatio cos patre tuo
consule designato facta esse dicatur. Altera que me con-
sule, Harum in utraque Sillam dicis fuisse, patris tui for-
tissimi viri, atque optimi consulis, Scis me consiliis
non interfuisse Scis me cu michi summus tecu vsus esset
tamen illorum me expertem temporis et sermonis fuisse, Credo,
, quod non dum penitus in repu^ca versabar, quod no dum ad
propositu michi finem honoris peruenerami. Quod me a
ambitio, et forensis labor, ab omni illa cogitatione extr-
hebat. Quis ergo intererat vris consiliis ? Omes quos
vides huic adesse, et in primis Q. hortensius, qui cu
propter honorem ac dignitate, atque animu eximium i repu^ca
Tum propter summa familiaritate, summumque honorem
in patrem tuu, cu omnibus, tu precipuis patris periculis tui
commouebatur, Ergo istius coniuratois crimen defensu
ab eo est, qui interfuit, qui cognouit, qui particeps
et consilii vri fuit, et timoris, Cuius in hoc crimine propul-
sando, cu esset copiosissima, atque ornatissima oratio

Summus usus

Repetitio

Repetitio et

dissolutum

[...]s auctor tamen non minus auctoris erat in ea quam facultatis. Illius *Articulus*
igitur coniurationis, que facta contra vos a vobis prolata
esse dicitur, Ego testis esse non potui. Non modo enim
nihil comperi, sed vix ad aures meas istius suspitionis
fama pervenit. Qui vobis in consilio fuerunt, qui vobiscum *Repetitio*
cum illa cognorunt. Quibus ipsis periculum conflari
putabatur. Qui Antronio non affuerunt, qui in illum *Dissolutum*
testimonia gravia dixerunt, hunc defendunt, huic adsunt
in huius periculo, declarant se non timore coniurationis, nec
adessent ceteris. Sed hominis maleficio deterritos esse.
Mei consulatus autem tempus et crimen maxime coniurationis
a me defendetur. Atque inter nos partitio non est fortuito
iudices nec temere factam. Sed cum videremus eorum crimi-
num nos patronos adhiberi. Quorum testes esse possemus.
Uterque nostrum id sibi suscipiendum putavit, de quo aliquid
scire ipse atque extimare potuisset. Et quoniam de criminibus
superioris coniurationis Hortensium diligenter audistis. De
hac coniuratione, que me consule facta est. Hoc primum
attendite. Multa cum essem consul, de summis rei publice
periculis audivi. Multa quesivi, multa cognovi, nullus *Repetitio*
umquam de Silla nuntius ad me, nullum iudicium, nulle littere,
pervenerunt. Nulla suspitio. Multum hec vox fortasse

Dissolutum | debet vale(re) eius hominis, qui consul insidias reipublice
consilio investigasset veritate aperuisset, magnitudine
animi vindicasset. Cum iste nichil audisse de P. Silla
nichil suspicatum diceret esse. Si ego michi utor hac voce
hac voce ad ipsum defendendum, ad purgandum potius utor.
Ut mirari Torquatus desinat me. Qui Antronio
affuerim Sillam defendere. Quem enim Antronii fuit
Contencio sentenciarum | causa? Que Sille? Ille ambitus iudicium tollere ac
disturbare primum conflato, voluit gladiatorum, ac fugi-
torum tumultu. Deinde id quod vidimus omnes lapidatione
atque concursu. Silla, si sibi suus pudor ac dignitas
non prodesset, nullum auxilium requisivit. Ille dampna-
tus, ita se gerebat, non solum consiliis, et sermonibus
verum eciam aspectu, atque vultu ut inimicus esse am-
Articulus | plissimis ordinibus, infestis bonis omnibus, hostis patrie
videtur. Hic se ita fractum illa calliditate, atque af-
flictum putavit, ut nichil sibi ex pristina dignitate
superesse arbitraretur, nisi quod modestiam retinuisset. Hac
vero in coniuratione, quid tam coniunctum quam ille, cum
~~Repeticio~~ Articulus | Catilina? cum Lentulo? Que tanta societas ullis
inter se rerum optimarum, quanta ei cum illis sceleris, libi-
Repeticio | dinis audacie? Quod flagicium Lentulus, non cum Antronio

concepit? quod sine eodem illo Catilina facinus admi-
sit? Cum interim Silla cum eisdem illis, non modo
noctem, solitudinemque non quereret, Sed ne mediocri (Repetitio et contrarium sententiarum)
quidem sermone, et congressu, coniungeretur. Illum allobro-
ges, maximarum rerum verissimi iudices, illum multorum
littere, et nuncii coarguerunt. Sillam interea nemo insi-
mulavit. Nemo nominavit. Postremo eiecto, sive emis- (Repetitio cum dissolutione)
so iam ex urbe Catilina ille arma misit, cornua,
(Articulus) tubas, falces, signa, legiones. Ille relictus intus, exspe- (Articulus)
tatus foris. Lentuli pena compressus, convertit se aliquando
ad timorem, numquam ad sanitatem. Hic contra ita quievit,
ut eo tempore omni, Neapoli fuit, ubi neque homines fuisse
putantur esse huius affines suspicionis, et locus est
ipse non tam ad inflammandos, calamitosorum animos
quam ad consolandos accomodatus. Propter hanc igitur tantam
dissimilitudinem hominum, atque causarum, dissimilem me in
utroque prebui. Veniebat enim ad me et sepe veniebat (Conduplicatio)
Autronius, multis cum lacrimis supplex, ut se defenderem, et (Articulus)
se meum condiscipulum, in pueritia, familiarem in
adolescentia, collegam in questura commemorabat
fuisse. Multa mea in se nonnulla etiam sua in me
proferebat officia. Quibus ego rebus inde ita flectebat

animo atque frangebat. Non etiam ex memoria, quas
michi ipsi fecerat, insidias deponere, ut eum immissum esse
ab eo .C. cornelium, qui me in sedibus meis, in conspectu
uxoris mee, ac liberorum meorum trucidaret oblivisceret, que
si de uno me cogitassent. Qua mollitia sum animi, ac
lenitate nunquam me hercules, illius lacrimis, ac precibus restitisse
Repetitio
Sed tum michi patrie ymago, scilicet senatus, tum vestrorum
periculorum, tum huius urbis, tum illorum delubrorum, atque tem-
plorum, tum puerorum infantum, tum matronarum, ac virginum veni-
ebat in mente, Et tum ille infeste, ac funeste faces
universeque totius urbis incendium cum tela, tum cedes,
tum civium cruor, tum cineres patrie versari ante oculos
atque animi memoria refricare ceperat, tum denique
ei resistebam. Neque solum illi hosti ac parricide, sed
his etiam propinquis illius, Marcellis patri et filio quorum
alter apud me parentis gravitatem, Alter filii sua-
vitatem obtinebat. Neque me arbitrabar sine summo
scelere posse quod maleficium in aliis vindicassem idem
in illorum socio, cum scirem defendere, atque idem ego nec
P. sillam supplicem ferre, neque eosdem marcellos,
nec huius M. messalle hominis necessarii preces sustinere potui
Neque est causa adversata nature, nec homo, nec res, mee
repugnavit ut, nusquam nomen, nusquam fastigium fuerat

vel oblivis

nullum enim, nullum iudicium suscepi. Causam torquate
suscepi, et feci libenter. Ut me, quem boni constantem
ut spero semper existimassent, eundem ne improbi quidem
crudelem dicerent. Hic ait se ille, iudices, regnum meum
ferre non posse. Quod tandem torquate regnum?
Consulatus credo mei, in quo ego imperavi, nichil et contra
michi patribus conscriptis, et bonis omnibus parui. Quo in
magistratu, non institutum est a me videlicet regnum sed pro-
missum. An tu in tanto imperio, tanta potestate non dicis
fuisse regem, nunc privatum regnare dicis? Quo
tandem nomine? Et in quos testimonia dixisti, inquit
damnati sunt. Quem defendis, sperat se absolutum iri.
Hic tibi ego de testimoniis meis hoc respondeo, si
falsum dixerim, te in eos dixisse. Sin verum non esse hoc
regnare. Cum vero iratus dicas quid de huius spe, tamen
dico, nullas a me opes P. Sillam, nullam potentiam, nichil
denique preter fidem defensionis expectare. Nisi tu inquit
causam recepisses, numquam michi restitisset. Sed indicta
causa profugisset. Sed iam hoc tibi concedam. Q. Hor-
tensium tanta gravitate hominem, si hos tales viros non
suo stare iudicio, sed meo, si hoc tibi idem, quod credi non
potest, nisi ego huic adessem, hos affuturos non fuisse

Peg(ri)n(us) Reg(is) / Nota q(uod) peg(ri)ni fuerunt Reges Rome s(ed) pe(regri)ni nunq(uam) fuerunt consules / et velit dic(er)e q(uod) no(n) sum peg(ri)n(us) quia consul fui

uter tandez rex est q(ui) ne cui innocentes homines non resistit, Un(de) q(ui) qui calamitosos non deseit. Hic etc id, quod tibi nostre minime fuit, facetus esse voluisti cum Tarquinium, et numa(m), et me tertium, peg(ri)nu(m) regem esse dixisti. Mitto iam de Rege querere, illud quero cur pegrinu(m) me esse dixeris. Nam si ita sum, non tam est admirand(um) regem esse me, quia ut etiam pegrini Reges, Rome fuerunt q(uam) consule Rome fuisse pegrinu(m). Hoc dico inquit te esse ex municipio. Fateor. et addo etiam ex eo municipio, vn(de) interitu iam salus huic ur-bi imperioq(ue) missa est. Sz scire ex te p(ro) velim, Cuam ob rem, qui ex municipiis veniant, pegrini tibi esse videantur. Nemo enim istuc M. illi Cathoni seni, cum plurimos habet inimicos nemo cito, corutamio Gn(eo) maio cum ei multi inviderent obiecit unq(uam). Equidem vehementer letor, eius esse me, in que tu cum cupes, nullam contume-liam iacere potis. Cue non ad maxi(mam) p(ar)tem Civium. Sed tamen te a me, pro magnis causis, nostre necessi-tudinis, monend(um) esse etiam, atq(ue) etiam puto. Non p(ossu)nt om(ne)s esse patricii. Si vero querere, ne curant quidem. Nec se equales tui p(ro)pter istam causam abs te ante iri putant. Ac si tibi nos pegrini videmur. quorum iam

p(ro) mag(is) opport(et) ... ratio utebar(is) ... intelligatur

Repetitio / efficit ... / Causa ... municipiis / Conduplicatio

Rep(ut)atio ... qui ... fuit ... ita ... urbe ... aliis

Nemo Cathoni nemo Curio ... contumeliam in p(er)sonam laudem ... et ... attribuit ... / et ita obiecisti mich(i) q(uo)d ... fuit ... municipio

et nomen et honos inveteravit, et huius urbis, et hominum
famae ac sermonibus, quam tibi illos competitores tuos pe-
regrinos videri necesse erit, qui iam ex tota Italia delecti
tecum de honore et de omni dignitate contendunt, quorum
cave tu quemquam peregrinum appelles, ne peregrinorum suffragiis
obruare. Qui si attulerint nervos et industriam, michi
crede excutient tibi istam verborum iactationem, et te e sompno
saepe excitabunt. Nec patienter se abs te nisi virtute vin-
centur honori superari. Et si iudices ceteris patriciis me
et vos peregrinos videri oportet, a Torquato tamen hoc
vitium sileatur. Est enim ipse a materno genere municipa-
lis, honestissimi ac nobilissimi generis, sed tamen Au-
sculani. Aut igitur doceat Picentes solos non esse
peregrinos, aut gaudeat suo generi me meum anteponere.
Quare neque me peregrinum posthac dixeris, ne gravius refutere,
neque regem, ne derideare, nisi forte regnum tibi ita vi-
detur vivere, ut non modo homini nemini, sed ne cupiditati
quidem ulli servias, contemnere omnes libidines, non
auri, non argenti, non ceterarum rerum indigere, in sena-
tu sentire libere, populi utilitati magis consulere quam
voluntati, nemini cedere, multis obsistere. Si hoc putas
esse regium (vel regnum), me regem esse confiteor. Sin te (vel potentia) posita

Nota

Peregrinorum. Urbis Romana multotiens deserta propter bella, nisi alii fuissent admissi in cives ut Hispani Galli et alii per mediorum post illud Romanorum erat de gente ~~adventa~~ advena peregrina.

Romani deriderent te si audirent te dicere talia

mea / si oratio / si denique aliquid dictum arrogans / aut super-
bum movet. Quin tu potius id profers quod ubi invidiam
contumeliamque maledicti. Ego tantis a me beneficiis in
re publica positis / si nullum aliud / michi premium a S. P.
Q. R. nisi honestum otium postularem / quis non conce-
deret. Sibi habeant honores / sibi imperia / sibi provincias.
Sibi triumphos / sibi alia preclare laudis insignia michi
liceat eius urbis / quam conservassem / conspectu tranquillo
animo / et quieto frui. Quid si hoc non postulo. Si ille
labor meus pristinus / si sollicitudo / si officia / si opera / si vi-
gilie deserviunt amicis / presto sunt omnibus / si nec amici in
foro requirunt studium meum / nec res publica in curia / si me
non modo / non rerum gestarum vacatio / sed neque honoris
neque etatis excusatio vindicat a labore / si voluntas mea
si industria / si domus / si aures patent omnibus / si
michi / ne ad ea quidem / que pro salute omnium gessi / re-
cordanda et cogitanda / quicquam reliquerit relinquitur
temporis / tamen hoc regnum appellabitur. Cuius vicarius
qui velit esse inveniri nemo potest. Longe abest
regni suspitio / Si queris / qui sint Rome regnum
occupare conati / Ut ne replices annalium memoriam
ex domesticis imaginibus invenies. Res enim geste

[Left margin:] ~~Sibi habeant~~ honestum otium — Ego dicere [illegible] honores [illegible] otio [illegible]

[Left margin:] nec forte senectus [illegible] etati non [illegible] labores

[Right margin:] Quia porte patebant [illegible] [illegible] labores

[Left margin:] Ut ne replices — [illegible] manlius qui a Capitolio gallos expulit occupare voluit regnum [illegible] fuit [illegible]

credo mee, me nimis extulerut. At michi nescio quos spus attulerunt. Cuius de rebus tam claris tam Immortalibus. nichil habet possum dicere, me qui e summis eripuerim periculis urbem hanc, et vitam omnium Civium satis adeptum fore, si ex hoc tanto in omnes mortales beneficio nullum in me periculum redundabit Et enim in qua Civitate res gesserim tantas memini. In qua urbe intelligo. plenam fore e eorum hominum, quos ego a vris Ceruicibus depuli Iudices. Ut meis non removi. Nisi vero paucos fuisse arbitrami, qui conari, ac sperare possent, se tantum imperium, posse delere. Horum ego faces eripere de manibus, et gladios extorquere potui sicut feci. Voluntates vero sceleratas, ac nefarias, nec sanare potui, nec tollere. Quare non sum nescius, quanto periculo vivam in tanta multitudine Improborum. Cum michi uni cum omnibus Improbis eternum videar bellum esse susceptum. Et si illis meis presidijs forte invides, Et si tibi ea regia videntur, quod omnes boni omnium generum, atque ordinum sua salutem cum mea coniugunt, Consolare te, quod omnium mentes improborum michi uni maxime sunt infense, et adverse. Qui me non solum iccirco oderunt, quod eorum conatus impios, et furorem sceleratum

Captat beni volentiam a Iudicibus

Castri fuerunt

pssi. Sed eo etiam magis quod nihil iam se simile me
unio conari posse arbitrantur. Ut vero quid ego miror
si quid ab improbis de me improbe dicitur. Cum L. torquatus
primum ipse his fundamentis adolescentie iactis ea spe
proposita amplissime dignitatis. Deinde L. torquati for-
tissimi consulis constantissimi senatoris, semper op-
timi civis filius interdum afferatur in moderatione
verborum. Qui cum suppressa voce, de scelere P. lentuli
de audacia coniuratorum cum dixisset, tantummodo, ut vos
qui ea probatis exaudire possetis, de supplicio P. len-
tuli, de carcere, magna et querebunda voce dicebat
Aulus Licinius Archias poeta Antiochie natus Rome venit ad amiciciam et graciam multorum clarissimorum civium Romanorum, specialiter Lucullorum et a nobilibus quibusdam plus honoratus, et eorum civibus donatus fuit Ciceroni apprime familiaris et carus. Hic poeta cum decederet e Sicilia cum L. Lucullo, Heracleam venit. Et ascribi eciam in eam voluit, cuius rei [illegible] cum Luculli auctoritate ab Heracliensibus impetravit. Itaque ascriptus est civis lege Silvani et Carbonis. Deinde sibi de civitate lis mota fuit. Cicero vero eum hac pulcherrima, et placida oratione defendit, et laudat. Et eciam hic multa agit honorifice de poetis. Sed cur hoc fuit mota, contra Licinio, sive odio, sive invidia, sive aliqua alia racione, nec alibi memini me legisse. At quidam nomine Gracchus videtur fuisse accusator, sive petitor, aut actor. Adeo sequitur specialiter loco suo in hac oratione Cicero [illegible], infestant et a civitate altissimis preciendum quam dulcedinem, et summo, ac sacro studio, ad dicendam causam devenit. Sed Cicero summus orator, quam poeta suo digne ac ornatissime causam egit, quod effecit efficaciter ac ratione sine dubiis. Et nil puto ut cuti poete, qui solo nomine omnia [illegible] debuit constitui. Et eloquencie Ciceronis non impetratum fuisse videtur. Sed hominis fuit non potuit esse non impius qui poetam totum omnibus ociis, et Musis deditum.

Nec oracio est prima in iudiciali genere constituta, sed cum hic causa accusator sive petitor sive aliquis alius nominis actor. Et sic ad illam defensionem. Unde [illegible] est genus. Nam Aulus Licinius Archias poeta cum a civitate ab adversario expelletur, hac insigni oracione a Cicerone defenditur. Multum genus demonstrativum hic incidit cum Licinius quem de[illegible] et poetam nominat excellentem. In quo quidem postea licet magis oracionis utetur. Nam hic ipsum principale genus cause, quod ad totum refertur ad quod sunt ad defensionem Archie sunt ut videtur indignum vire [illegible] de civitate repelli.

Notandum quod omnibus partibus orationis gratia. Etsi in hiis partibus huius artis sit ordo, secundum artis institucionem, sicut Nam dicitur ab artis institucione constituta artis [illegible], pro Tullius in arte nova et de dispositione. Hic enim primo ponit exordium. Deinde narracionem, deinde confirmacionem, et confutacionem adiungens [illegible] litere et poete deinde posuit conclusionem epilogum.

Item hec honestum est. Nam defendit quod ab omnibus defendendum videtur contra illius civis et [illegible]. Ut turpissimis accio, et poeta persona honestissima est, unde dicendum hic genus honestum. Tamen per hoc exordio usus est secundum artem ubi facit auditores attentos, et dociles, et eciam quid sit breviter aliquibus ante, quod facere secundum artem debuit, existente genere cause honesto, postea cum eciam in hiis genere demonstrativo magnam oracionis partem actus in parte Licinii benivolenciam hic capit iuxta doctrinam de exordiis in genere demonstrativo data. Nam a prima sua Cicero benivolenciam captat laudantis officio facere, quod fecit sicut tam multitudinis intendebat. Ut apparet cum se ab eloquium Archie ante, Item ab auditorum persona plurima particula exordii captat se facere quod intendit iudicibus facere, persuasive. Nec in quacumque parte vero affectus exordii pluries inducere. Et de hoc exordio breviter dictum est.

ubi scribat leg... carmina non tam multum excellebat. Virgilius scribebat versus excellenter ... ideo Seneca
... declamatorum, et Virgilium illa felicitas ingenii in oratione soluta reliquit, Ciceronem sua eloquentia in
carminibus destituit, et quos maiores principes eloquentie ... patimus, unum in metro ... in ...
sed ita rei ... dedit ... alibi ... famosissimum in illa etate recusabat, componere carmina
... illis non ... deditis.

Exordium in quo ... captat benivolentiam per attributa a se ipso ... defendere ...

M. T. CICERONIS. PRO. A. LICINIO. ARCHIA. POETA. ORATIO.

Si quid est in me ingenii iudices quod sentio quam sit exiguum, aut si qua exercitatio dicendi in qua me non infitior mediocriter esse versatum. Aut si huiusce rei ratio aliqua ab optimarum artium studiis, ac disciplina profecta, a qua ego confiteor nullum etatis mee tempus abhorruisse, earum rerum omnium vel in primis hic A. Licinius fructum a me repetere prope suo iure debet. Nam quo ad longissime potest mens mea respicere spatium preteriti temporis, et pueritie memoriam recordari ultimam, inde usque repetens hunc video mihi principem, et ad suscipiendam, et ad ingrediendam rationem horum studiorum extitisse. Quod si hec vox huius hortatu, preceptisque conformata, nonnullis aliquando saluti fuit, a quo id accepimus, quo ceteris opitulari

Diminutio
Nota quod ars oratoria est de genere rerum optimarum.

Talibus multos suis oracionibus liberavit.

Nota exemplum textus hoc penitus adverbium ... fuisse Tullium in arte poetica

/et alios servare possem, huic profecto ipsi quantum est situm in nobis et opem, et salutem ferre debemus. / Ut neque a vobis hoc ita dici forte miretur, quod alia quedam in hoc facultas sit ingenii, neque hec dicendi ratio, aut disciplina, ne nos quidem huic uni studio penitus umquam dediti fuimus. / Etenim omnes artes, que ad humanitatem pertinent habent quoddam commune vinculum. Et quasi cognatione quadam inter se continentur. / Sed ne cui vestrum mirum esse videatur me in questione legittima, et in iudicio publico, cum res agatur apud pretorem populi Romani lectissimum virum et apud severissimos iudices tanto conventu hominum, ac frequentia, hoc uti genere dicendi quod non modo a consuetudine iudiciorum verum etiam forensi sermone abhorreat, Queso a vobis, ut in hac causa, michi detis hanc veniam accomodatam huic reo, vobis quemadmodum spero non molestam Ut me pro summo poeta, atque eruditissimo homine dicente hoc concursu hominum litteratissimorum hac vestra humanitate, hoc denique pretore exercente iudicium patiamini, de studiis humanitatis, ac litterarum, paulo loqui liberius. Et non in eiusmodi persona, que propter otium ac studium minime

/Etenim / Removet dubium quod diceret adversarius Tullium quare defendit istum cum sit alterius artis a tua, cum iste poeta tu iste oratores, et videtur differre ars oratoria differt a poesi, et quod artes habent quoddam commune vinculum ad invicem.

Causa litis videtur quod in hac causa intencio atque depulsio Non es civis Heraclie civitate donatus ... [illegible] civis civitate donatus ... ex hac intencione et depulsione constitutio videtur ... iudicialis absoluta ... in hac questione Heraclie ... appareat ... possit ... an Archias iure sit civis Non es civitate donatus ... civitate donatus ... depulsione ... in confirmatione ... de ratione iudicialis absoluta ... Rome ... apud ... in confirmatione ... accusatoris intencio ... constitutores ... racionem [illegible]

in iudiciis / periculisque tractata est, uti prope novo quodam / et inusitato genere dicendi. Quod si michi a vobis tribui concedique sentiam / perficiam profecto / ut hunc A. licinium / non modo / non segregandum / cum sit civis a numero civium verum etsi non esset putetis asciscendum fuisse. / Nam ut primum ex pueris excessit archias / atque ab hiis artibus quibus etas puerilis ad humanitatem informari solet se ad scribendi studium contulit / primum anthiochie / Nam ibi natus est loco nobili / celebri quondam urbe et copiosa / atque eruditissimis hominibus liberalissimisque studiis affluenti celeriter antecellere omnibus ingenii gloria contigit / Post in ceteris Asie partibus cuncteque grecie / sic eius adventus celebrabantur / ut famam ingenii / expectatio hominis / expectationem ipsius adventus / admiratio superaret / Erat Italia tunc plena grecarum artium / ac disciplinarum / studiaque hec in latio vehementius tum colebantur / quam nunc iisdem in oppidis / Et hic Rome propter tranquillitatem Romani populi non negligebantur / Itaque hunc / et Tirani / et regini / et neapolitani civitate / ceterisque premiis / donaverunt / Et omnes / qui aliquid de ingeniis poterant iudicare cognitione / atque hospitio dignum existimaverunt Hac tanta /

Nam ut primum ex pueris

[illegible]

Erat Italia ita [illegible] Est ut re[illegible] [illegible]

[illegible] Repetit ut longe processit [illegible]

celebritate fame cum esset iam absentibus notus Romam
venit Mario consule et Catulo, nactus est primum consu-
les eius: quorum alter res ad scribendum maxias, alter
cum res gestas, tum etiam studium atque aures adhibere
posset Statim luculli cum pretextatus etiam tum archias
esset, eum in domum suam susceperunt Sed etiam hoc
nonsolum ingenii ac literarum, verum etiam nature atque virtutis
Ut domus que huius adolescentie prima fuit, eadem esset fa-
miliarissima senectuti. Erat temporibus illis iocundus
metello, illi numidico, et eius pio filio. Audiebatur
a M. emilio. Vivebat cum Q. catulo, et patre et
filio. a L. crasso colebatur. Luculos vero et drusum
et octavios, et cathonem, et totam hortensiorum domum
devinctam consuetudine, cum teneret, afficiebatur summo
honore, quod eum non solum colebant, qui aliquid percipere
atque audire studebant. Verum etiam si qui forte simula-
bant Interim satis longo intervallo, cum esset cum L. lu-
cullo, in siciliam profectus Et cum ex ea provincia cum
eodem lucullo decederet, venit heracleam, que cum esset civitas
equissimo iure, ac federe ascribi, se in eam civitatem
voluit. Idque cum ipse per se dignus putaretur, cum aute

alr eiusmodi
Marius tot et tanta gesta fecit quod satis magnam et amplam materiam scribendi dedisset si quis sua gesta voluisset scribere. Catulus et similiter habebat ... aptus ad scribendum quia ... fuit

Dissolutio

alr ita

et gra luculi / ab heracliensibus / impetrauit / Data
est Ciuitas Sillani lege / et Carbonis / si qui federati
Ciuitatibus asscripti fuisset / si tamen / cum lex ferebatur
/ in Italia domicilium habuissent / Et si sexaginta diebus
apud pretorem essent professi / Cum hic domicilium Rome
multos iam annos haberet / professus est apud pretorem
Q. metellum familiarissimum suum / Si nichil aliud
nisi de Ciuitate ac lege diximus / Nichil dico amplius
Causa dicta est / Quid enim horum infirmari / facile gratis pot
erit esse tu asscriptum negabit / Adest vir summa auc
toritate / et religione et fide / M. lucullus / qui se non
opinari / sed scire non audiuisse / sed vidisse / non interfuisse
sed egisse dicit / Assunt heraclienses legati et nobilis
simi homines / huius iudicii causa / cum mandatis / et cum publico /
testimonio venerunt / Qui hunc asscriptum heracliensem
dicunt / Hic tu tabellas desideras heracliensium publicas
quas Italico bello incenso tabellario interiisse scimus
omnes / Est rediculum ad ea / que habemus nichil dicere
/ querere que habere non possumus Et de hominum memoria
tacere / litterarum memoriam flagitare Et cum habeas
amplissimi viri / religionem integrimi Municipii

Est ridiculum

Si nichil aliud / Hic est confirmatio ad confutacionem scilicet [illegible] fuit ita facile et certe sed ut [illegible] possit [illegible] scilicet [illegible] Hic loci [illegible] de [illegible] constitutione [illegible] et [illegible] iudicialis absolute [illegible] arguit a loco et testibus [illegible] M. lucullus [illegible] interfuisse et vidisse [illegible] dicit Et legatos heracliensium [illegible] [illegible] Et petat [illegible] posse [illegible] aduersarii que sunt de [illegible] iudicialis [illegible] obiecerat aduersarius [illegible] ciuitas data est [illegible] Rome [illegible] professus [illegible]

ut tenebatur ex lege / que [illegible] iudicialis absolute [illegible] fuit [illegible] legem aut [illegible] Archiam [illegible] Rome domicilium et ut debuit fuisse professus et [illegible] legem [illegible] data [illegible] dubitandum [illegible] qui aliis ciuitatibus sit ascriptus / Et [illegible] non est mirandum si homines [illegible] ciuitatem donauerunt qui locus [illegible] iudicialis [illegible] arguit ex consuetudine [illegible] ut ait Cicero ubi agit in arte de absoluta iudiciali [illegible] per illum locum Si de quo [illegible] Deinde redarguit aduersarium [illegible] Et [illegible] locum ab [illegible] [illegible] Deinde [illegible] posse [illegible] et [illegible] testimonium [illegible] et hereditatum adicione

In ista parte probat tribus rationibus archias fit ciuis urbis eo quod eo quod domicilium habuit tam diu in urbe
2o probat ipsum esse ciuem ciuitatis heraclie et multarum aliarum ciuitatum
et sic arguit a contrario a maiori eo quod ista ciuitas date sunt hominibus minoris fame [illegible] esse ciuis etc. Et enim cum mediocribus
3a in quas probat arguit ipsum esse ciuem a domicilio [illegible] a simili [illegible] Nam cum Appii

Iusiurandum, fidemque ea que deprauari nullo modo possunt repudiare tabulas, quas idem dicis solere corrumpi, desiderare. An domicilium Rome non habuit, is qui tot annis ante ciuitatem datam, sedem omnium rerum ac fortunarum suarum Rome collocauit. An non est professus, ymo vero his tablis professus, que sole ex illa professione collegio pretorum obtinent publicarum tabularum auctoritatem. Nam cum Appii tabule negligentius asseruate dicerentur Gabinii quam diu incolumis fuit leuitas post dampnationem calamitas, omnem tabularum fidem resignasset. Metellus homo sanctissimus, modestissimusque omnium tanta diligentia fuit, ut ad L. Lentulum pretorem, et ad iudices venit, et unius nominis litura se commotum esse dixit His igitur tabulis nullam lituram in nomen A. Licinii videtis. Que cum ita sint, quid est, quod de eius ciuitate dubitetis presertim cum aliis quoque in ciuitatibus fuit ascriptus. Et enim cum mediocribus multis, et aut nulla aut humili aliqua arte preditis gratuito ciuitatem in Grecia homines impartiebantur, Reginos credo aut Locrenses, aut neapolitanos aut tarentinos quod scenicis artibus largiri solebant id huic summa-

ingenii ꝓdito gl[ori]a noluisse. Quid tum ceteri no[n] mo[do]
post civitatem datam. Sed etiam post legem appia[m]
aliquo m[od]o in eor[um] municipior[um] tabulas irrepserunt.
Hic qui nec utitur quid[em] illis, in quib[us] est scriptus
q[uod] semp[er] se heracliensem esse voluit, reiicietur. Censo[res]
nros requirit scilicet. Est enim obscurum proximis cen-
soribus hunc cum clarissimo Imperatore, L. lucullo ap[u]d
exercitum fuisse superiorib[us] cu[m] eod[em] questore fuisse, in alia
primis consulentib[us] Julio, et crasso nullam populi
partem esse censam. Sed q[uonia]m census no[n] Jus civitatis
confirmat. Ac tantu[m] modo iudicat eum qui sit census
ita se iam tu[n]c gessisse pro cive, his temporib[us] que
tu criminaris, ne ipsius quid[em] iudicio, in civium Romano[rum]
iure esse versatu[m], et testamentu[m] sepe fecit nostris legi-
bus, et adiit hereditates civium Romanorum, ut in bene-
ficiis ad erarium delatus est A. L. lucullo, ptore, et
consule. Que[re] si arguta qua potes. Numq[uam] eni[m] hic
n[eque] suo, neq[ue] amicorum Iudicio revincetur. Que res
a nobis. Gratthe cur tantopere hoc hoie delectem[ur].
quia suppidat vobis. Ubi etem, uel vox hec, h[oc] fo

Contrariu[m]

Dicebat ad[ver]sari[us] no[n] posse it dacia. et tabellas et collectas ... no[n] ipsu[m] fu[isse] ... esse civis.

Que res a nobis
...

...

Que res a nobis | hic Cice[ro] ... pene ... commendat ... et poeticam ... extollit ... demo[n]s[trati]vi ... ad iudiciale referens ... ut ... laudes ... et disciplinam singularem ... esse de ... civitate ... a constitutione cause ... nisi ... arguit ... alia ... que ... ratione ... et Archiam si civis ... fuisse potuisse ... impetrasse, et a Silla, et Q. metello pio familiarissimo suo.

versi strepitu reficiatur. Et aures convicio defesse conquiescant
An tu existimas aut suppetere nobis posse, quod quotidie di-
camus in tanta varietate rerum. Nisi animos nostros doc-
trina excolamus, Aut ferre animos tanta posse con-
tentione, nisi eos doctrina eadem relaxaremus. Ego enim
fateor me his studiis esse deditum. ceteros pudeat, si qui
se ita litteris abdiderunt, Ut nichil possit ex his neque ad
quem afferre fructum. Neque in aspectum, lucemque proferre
Me autem quid pudeat, qui tot annos ita vivo iudices
Ut a nullius unquam me tempore, aut commodo, aut otium meum
abstraxit, Aut voluptas avocavit. Aut denique sompnus
retardavit. Quare quis tandem me reprehendat. Aut quis
michi iure succenseat. Si quantum ceteros ad suas res ob-
eundas, quantum ad festos dies ludorum, celebrandos, quantum ad alias
voluptates, et ad ipsam requiem animi, et corporis con-
ceditur temporis, quantum alii tribuunt tempestivis conviviis
quantum denique alee, quantum pile, tantum michi egomet ad hec
studia recolenda sumpsero. Atque hoc ideo michi concede-
dum est magis, quod ex his studiis hec quoque crescit oratio,
et facultas. Que quantacumque in me, numquam amicorum
periculis defuit. Que si cui levior videatur, illa quidem
certe que summa sunt ex quo fonte hauriam, sentio.

Nota pro studio

Color defensionis

Repeticio

Nota de utilitate autorum quantum ad oratoriam artem

· Nam nisi multorum preceptis, multisque litteris michi ab adoles-
centia suasissem, nichil esse in vita magnopere expetendum
nisi laudem, atque honestatem, in ea autem prosequenda
omnes cruciatus, corporis, omnia pericula mortis atque exilii parui
esse ducenda · Numquam me pro salute vestra, in tot, ac
tantas dimicationes atque in hos pro flagitiorum hominum cot-
tidianos, impetus obiecissem, Sed pleni omnes sunt libri
plene sapientium voces, plena exemplorum vetustas
que iacerent in tenebris omnia, nisi litterarum lumen accederet
Quam multas nobis, ymagines, non solum ad intuendum
verum, etiam ad imitandum fortissimorum virorum expressas
scriptores, et greci et latini reliquerunt · Quas ego
michi semper in ministranda re publica proponens animum
et mentem meam, ipsa cogitatione hominum excellentium con-
formabam · Queret quispiam, quid illi ipsi summi viri
quorum virtutes litteris prodite sunt · ista ne doctrina ·
qua tu effers laudibus eruditi fuerunt · Difficile est hoc
de omnibus confirmare, sed tamen est certum, quid respon-
deam ego multos homines excellenti animo, ac virtute
fuisse, et sine doctrina et nature ipsius habitu prope divino,
per se ipsos et moderatos, et graves extitisse fateor · Etiam ·

Multos insidias ... salute ... r. p.

Nota

Nota de autore utilitate

Etiam illud ·

illud adiungo sepius, ad laudem, atque virtutem, naturam sine doc-
trina, quam sine natura valuisse doctrinam. Atque idem ego con-
tendo, cum ad naturam eximiam, atque illustrem accesserit, vel
ratio quedam, conformatioque doctrine, tamen illud nescio

Repetitio — quod preclarum atque singulare solere existere, Ex hoc esse hunc
numero, quem patres nostri viderunt divinum hominem affricanum
ex hoc C. lelium. L. furium moderatissimos homines, et con-
tinentissimos, Ex hoc fortissimum virum, et illis temporibus
doctissimum, Cathonem illum senem, Qui profecto, si
nichil ad percipiendam, colendamque virtutem, litteris adiuva-
rentur, numquam se ad earum studium contulissent, Quod si non
hic tantus fructus ostenderetur, Et si ex his studiis delectatio
sola peteretur: tamen ut opinor, hanc animadversionem
humanissimam ac liberalissimam iudicaretis, Nam cetere,
neque temporum sunt, neque etatum omnium, neque locorum, Hec studia

Dissolutum — adolescentiam agunt, senectutem oblectant, secundas res
ornant adversis perfugium atque solatium prebent, delectant
domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur,

Conclusio — rusticantur: Quod si ipsi, hec neque attingere neque sensu nostro
gustare possemus, tamen ea mirari deberemus, etiam
cum in aliis videremus. Quis nostrum tam animo agresti

ac duro fuit. Ut roscii morte nuper nos commoveretur. Qui cum esset senex, mortuus tamen propter excellentem artem ac venustatem videbatur omnino mori non debuisse. Ergo ille corporis motu, tantum sibi amorem conciliat a nobis omnibus. Nos animorum incredibiles motus, celeritatemque ingeniorum negligemus. Quotiens ego hunc archiam vidi. Illud utar enim vestra benignitate, quando me in hoc novo genere dicendi tam diligenter attenditis. Quotiens ego hunc vidi, cum litteram scripsisset ullam, magnum numerum optimorum versuum de his ipsis rebus, que tum agebantur, dicere ex tempore. Quotiens revocatum eandem rem dicere commutatis verbis atque sententiis. Que vero accurate, cogitateque scripsisset, ea sic vidi probari, ut ad veterum scriptorum laudem pervenirent. Hunc ego non diligam. Non admirer. Non omni ratione defendendum putem. Ut qui sint, a summis hominibus eruditissimis accepimus. Ceterarum rerum studia, et doctrina, et preceptis, et arte constare, poetam natura ipsa valere. Et mentes viribus excitari. Et quasi divino quodam spiritu inflammari. Quare suo iure noster ille Ennius sanctos appellat poetas. Quod quasi deorum aliquo dono, atque munere commendati, nobis esse videantur. Sit igitur iudices sanctum apud vos humanissimos homines hoc poete nomen, quod nunquam barbara

Circumstantes rogabat ipsum ut replicaret illa, tunc ille replicabat mutatis sermonibus

Pro poetis

Canticum
dissolutus
Homerum

violauit / Saxa et solitudines voce rndent / Bestie sepe i-
manes cantu flectunt' atq consistunt Nos instituti rebꝫ
optis non poetarum voce moueam' / Homerum Colopho-
nij ciue esse dicunt suu Chij suu vindicant. Salamnij
repetunt. Smirnij vo suu esse confirmant Itaq etiam
delubrum eius in opido dedicarunt / p mlti alij pterea /
pugnant int se / atq contendunt Ergo illi alienu

Canticum

/ quia poeta fuit / post mortem etiam expetunt nos hc
viuu / et qui voluntate / et legibꝫ noster est repudiam
presertim olym studiu / atq ome ingeniu contulerit
Archias ad populi R glam / laudemq celebrandam
vel pterea
: Nam et cimbrias res adolescens attigit / Et ipsi illi
C. mario / qui durio / ad hec studia videbat'. iocundus fuit

Neq enim
pulchru exemplu

Neq enim quisq est tam adusus a musis / qui no mandari
vsibꝫ eternu suorum laborum promiu facile patiatur. Themisto-
clem / illum summu athenis viru dixisse aiunt / Cum
ex eo quereretur quod ACROAMA / aut cuius vocem libe-
tissime audiret eius a quo sui uirtus optime pdicaret
Itaq ille Marius eximie L. plotiu dilexit. Cuius inge-
nio / putabat ea que gessat posse celebrari / Mitri-
daticu vero bellum magnu atq difficile / et in mlta varie-
tate / mari / terraq versatu totum ad hoc expressu est

C. marius de cimbros [illegible] fuit [illegible]

qui libri non modo L. lucullum fortissimum et clarissimum
virum, verum eciam populi nomen illustrant. Populus
enim Romanus apperuit lucullo imperante pontum
et regijs quondam opibus, et ipsa natura regionis valla-
tum, populi Romani exercitus eodem duce non maxima
manu innumerabiles armenorum copias fudit, populi
Romani laus est urbem amicissimam ciziscenorum
eiusdem consilio ex omni impetu Regio, ac totius belli
ore, ac faucibus ereptam esse atque servatam. Nostra semper
feretur, et predicabitur L. lucullo dimicante, Cum interfectis
ducibus depressa hostium classis, et incredibilis apud
tenedum pugna navalis. Nostra sunt trophea, nostra
monimenta, nostri triumphi, Quod quorum ingenijs hec
feruntur, ab hijs populi Romani fama celebratur.
Carus fuit affricano superiori noster Ennius, itaque etiam
in sepulchro Scipionum putatur is esse constitutus. Et
marmore at laudibus certe non solum ipsi qui laudantur.
Sed eciam populi Romani nomen ornatur. In celum huius
proavus Cato tollitur. Magnus honos populo Romano
adiungitur, Omnes denique illi maximi marcelli fulvij
non sine communi omnium nostrum laude decorantur. Ergo illum
qui hec fecerat, rudinum hominem maiores nostri

Cum omnis aditus eius
classi ... bello
tam per terram quam per mare
et per ... pompeiana

Repetito

in civitatem receperunt. Nos hunc heracliensem multis
civitatibus expetitum, in hac autem legibus constitutum, de nostra
civitate eiciemus? Nam si quis minorem glorie fructum putat
ex grecis versibus percipi, quam ex latinis, vehementer errat.
Propterea quod greca leguntur in omnibus fere gentibus, latina suis
finibus, exiguis sane continentur. Quare si res hee quas gessimus
orbis terre regionibus definiuntur, cupere debemus, quominus manuum
nostrarum tela pervenerint, eodem, gloriam, famamque penetrare.
Quod cum ipsis populis, de quorum rebus scribitur hec ampla
sunt tum hiis certe, qui de vita gloria causa dimicant
hoc maximum, et periculorum incitamentum, et laborum. Quam
multos scriptores, rerum suarum magnus ille allexander secum
habuisse dicitur. Atque is tamen cum in sigeo, ad achillis
tumulum astitisset, O fortunate inquit adolescens, qui tue
virtutis preconem homerum inveneris! et vere. Nam nisi
illias illa extitisset idem tumulus, qui corpus eius
contexerat, nomen etiam obruisset. Quid noster hic
magnus, cum virtute fortunam adequavit. Nonne theophanem,
Mithilenenum scriptorem rerum suarum, in contione militum
civitate donavit. Et nostri illi, illi fortes viri, sed rustice
ac milites, dulcedine quadam glorie commoti, quasi participes
eiusdem laudis magno illud clamore applauserunt.

[Left margin:]
Removet dubium quod dicet
de te archias grece scripsit
non habebas tantam famam
quantam si latine scripsisses ha-
buisses tamen

Aliqui narrant quod fuit quam continua
non [illegible] vnde sicilibus
famam non [illegible] habe-
[illegible] grecum [illegible]
[illegible] qui diffebant
[illegible]

Maius [illegible] affirmat fiunt
ante latina
Judicium allexandri in
virtutem

Exemplum de pompeio aliud

[Right margin:] HAM

[Right margin:] HEMV

Atque acci

Itaque credo, si civis R[omanus] archias legibus non esset, ut ab
aliquo imperatore civitate donaretur, perficere non potuit. Silla
cum hispanos et gallos donaret, credo hunc petentem
repudiasset. Quem nos in contione vidimus, cum ei libel-
lum malus poeta de populo subiecisset, quod epigrama — Malus poeta
in eum fecisset tantummodo alternis versibus longiusculis
statim ex his rebus, quas tunc vendebat iubere ei premium
tribui, sub ea condicione, ne quid postea scriberet. Qui sedulitatem
mali poete duxit, aliquo tamen premio dignam, eius inge-
nium et virtutem scribendo, et copiam non expetisset
? Quid a Q. Metello pio familiarissimo suo, qui civitate
multos donavit, neque per se, neque per lucullos impetravisset
? Qui presertim usque eo de suis rebus, scribi cuperet. Ut etiam
~~corduble~~ cordube natis poetis, pingue quiddam sona-
tibus, atque peregrinum, tamen aures suas dederet? Neque enim — Sentencia
est hic dissimulandum, quod obscurari non potest, sed pre nobis
RAHEMUR ferendum. Trahimur, omnes studio laudis. et optimus — laus et gloria
quisque maxime gloria ducitur. Ipsi illi philosophi etiam illis li-
bellis, quos de contempnanda gloria scribunt, in eo ipso
in quo predicationem nobilitatemque despiciunt, predicari de
se ac nominari volunt. Decimus quidem brutus summus
vir et imperator, actii amicissimi sui carminibus templorum

ac monimentorum aditus exornauit suorum. Iam vero
ille, qui cum etholis Ennio comite bellauit, Fulmus
non dubitauit martis manubias musis consecrare.
Quare in qua urbe Imperatores, prope armati poetarum
nomen et musarum coluerunt in ea non debent togati
iudices, a musarum honore, et a poetarum salute abhorrere.
Atque ut id libentius faciatis, iam me vobis iudices indi-
cabo: et de meo quodam amore glorie nimis acri

Archias incepat describere gesta per tulium in consulatu suo contra Catilinam

fortasse. Verumtamen honesto vobis confiteor. Nam
quas res nos in consulatu nostro nobiscum simul
pro salute huius urbis atque imperii: Et pro uita ciuium
proque uniuersa republica gessimus, Attigit hic uersibus atque
inchoauit: Quibus auditis, quod michi magna res, et iocun-
da uisa est, hunc ad perficiendum hortaui. Nulla enim virtus

Sunt rerum subiecta — NULLA

Gloria

aliam mercedem laborum, periculorumque desiderat, preter hanc
laudis, et glorie. Qua quidem detracta iudices, quid est, quod in hoc — Et te phebe delitat gloria
tam exiguo uite curriculo, et tam breui, tantis nos
in laboribus exerceamus: Certe si nichil animus presentiret in
posterum, et si quibus regionibus, uite spatium circumscriptum
est eisdem omnes cogitationes terminaret suas, nec tantis se
laboribus, frangeret. Neque tot curis uigiliis angeretur.
Nec totiens ipsa vita dimicaret, Nunc insidet in optio

Omnes enim labores mei ad gloriam tendunt unde scaeuola [illegible], o in bissenos multum uigilata per annos thebais durabis etc.

quedam virtus, que noctes ac dies animum glorie stimulis concitat atque admonet, non cum vite tempore esse dimittendam commemorationem nominis nostri, sed cum omni posteritate adequandam. An vero tam parvi animi videamur esse omnes, qui in re publica atque in his vite periculis laboribusque versamur, ut cum usque ad extremum spatium nullum tranquillum atque otiosum spiritum duxerimus, nobiscum simul moritura omnia arbitremur? An statuas et ymagines, non animorum simulachra, sed corporum studiose multi summi homines reliquerunt? Consiliorum relinquere ac virtutum nostrarum effigiem nonne multo malle debemus summis ingeniis expressam et politam? Ego vero omnia que gerebam iam tum in gerendo spergere me ac disseminare arbitrabar in orbis terre memoriam sempiternam. Hec vero sive a meo sensu post mortem affutura sunt, sive ut sapientissimi homines putaverunt, ad aliquam mei animi partem pertinebunt, nunc quidem certe cogitatione quadam speque delector. Quare conservate iudices hominem pudore eo, quem amicorum videatis comprobari tum dignitate, tum etiam vetustate; ingenio autem tanto quanto id convenit existimari, quod summorum hominum ingeniis expetitum esse videatis. Causa vero eiusmodi que beneficio

Principibus ducibus fiebant statue in templis ob gloriam eorum et presentationem fame et laudis.

Nota

Quare conservate iudices. Hec est quarta pars huius et artificiosissima totius orationis in qua hec vocatur enumeratio, per quam et iudices colligit et commonet quibus de rebus verba fecit, sic breviter et eleganter, ut quodammodo renovata oratio non iterata videatur. Fit enim artificiose memoria orationis que dicat renovat auditoribus. Nam ut ordine quo orata sunt repetit, et gelidat eos deprecans, ut poenis sua humanitate levatus calamitate [illegible] arbitrate violatus esse videatur. Sibi in fine conciliat iudices et patronos. Quid enim in parte non possunt hec facere, moneri ab arte, hec exordii pars sit.

alias muniti pi

Pergit

legis autem municipii, testimonio Luculli, tabulis Metelli comprobetur. Que cum ita sint petimus a vobis iudices, si qua non modo humana, verum etiam divina, in tantis negotiis commendatio debet esse, ut eum, qui vos, qui vestros imperatores qui populi Romani res gestas, semper ornavit, qui etiam recentibus nostris vestrisque domesticis periculis eternum se testimonium laudum daturum esse profitetur, estque ex eo numero, qui semper apud omnes sancti sunt habiti, itaque dicti, sic in vestram accipiatis fidem, ut humanitate vestra levatus potius quam acerbitate violatus esse videatur. Que de causa pro mea consuetudine breviter simpliciterque dixi iudices ea confido prolata esse omnibus, que forme a me iudicialisque consuetudine, et de hominis ingenio, et communiter de ipsius studio locutus sum, ea iudices a vobis spero esse in bonam partem accepta. Ab eo qui iudicium exercet scio certe scio.

aeternum

Marcellus civis romanus amplissimus atque clarissimus in dissensione civili fuit cum pompeio quemadmodum et Cicero cum multis aliis, senatoribus civibusque romanis, confecto autem bello, Cesar victor, multos ex inimicis suis fautoribusque pompeii, ad pristinam restituit et ad pristinam dignitatem. Inter quos Ciceronem, et postmodum deprecante senatu, populo Romano restituit, et Marcellum et ad pristinam et pristinam dignitatem. Non obstante quod Marcellus Cesarem offendisset. Et [illegible] adhuc suspicari se diceret de voluntate Marcelli, tamen illa sua benignitate notissima sue fuit passioni pre anteposuit, voluntate. Unde hac Cicero grave agit ad Cesarem, quem ipsum de ea sua humanitate divina pene sic commendat. Ostendit eum esse pro sua clementia in restitutione Marcelli [illegible] atque immortalem gloriam consecutum. Docet autem, multis rationibus, non debere eum aliquo suspicari. Et tamen eum rogat, ut pro salute publica vitam suam custodiat quia non possit dignitas reipublice, nisi restitui [illegible]. Et [illegible] in demonstrativo genere constituta. Et in ea parte qui solum in laude versatur. Nam primo laudat hic Cesarem pro restitucione Marcelli. Unde est attributa in demonstrativa [illegible] persone, laudem propter quod sit ut sit in demonstrativo genere, laudat et primo Marcellum, ut Cesar sit laudabilior videatur tali tanto viro restituto. Videtur tamen sit hic restitutio iudicialis, cum Cicero laudat et Cesarem quod in restitutione Marcellum, id clementer fecit, quod non solum iure sed pie ac sancte facere debuit. Nota tamen quod [illegible] ubi [illegible] sit apte et [illegible] exigit, ut in causis aptare [illegible] sint iudiciales. Et [illegible] deliberative. Ut enim ait Marcianus in demonstrativo genere, quemadmodum status [illegible] memoratum.

M. T. Ciceronis oratio pro M. Marcello incipit feliciter

Diuturni silentii p.c. quo eram his temporibus usus non timore aliquo, sed partim dolore, partim verecundia, finem hodiernus dies attulit, idemque initium, que vellem, queque sentirem, meo pristino more dicendi. Tantam enim mansuetudinem, tam inusitatam, inauditamque clementiam. tantum in summa potestate rerum omnium modum, tam denique incredibilem sapientiam, ac quod pene divinam tacitus nullomodo preterire possum. M. enim marcello vobis patres conscripti, reique publice reddito, non illum solum sed etiam vocem meam, et auctoritatem vobis, et reipublice restauratam puto, Dolebam enim p.c. et vehementer angebar virum talem, qui cum in eadem causa fuisset, in qua ego non in eadem fuisse fortuna, Nec michi persuadere poteram nec fas esse ducebam versari me in nostro vetere curriculo illo emulo atque imitatore studiorum atque laborum meorum quasi quodam socio, a me et comite distracto. Ergo michi, et mee pristine vite

Diuturni silentii p.c. Hic incipit oratio, et orationis exordium in quo Cicero laudat Cesarem [illegible]

[illegible]

consuetudine C. Cesar inclusam apperuisti. Et his omnibus
ad bene de re publica sperandum quasi signum aliquod sustu-
listi. Intellectum enim est michi quidem in multis, et maxime in me
ipso, et paulo ante in omnibus. Cum enim marcellum sena-
tui reique publice concessisti, commemoratis presertim offensionibus,
te auctoritatem huius ordinis dignitatemque rei publice tuis doloribus
vel suspicionibus anferre. Ille quidem fructum omnis antea acte
vite hodierno die maximum cepit, cum summo consensu senatus,
tum preterea iudicio tuo gravissimo, et maximo. Ex quo pro-
fecto intelligis, quanta in dato beneficio, sit laus. Cum
in accepto tanto sit gloria. Est vero fortunatus. Cuius ex sa-
lute, non minor pene ad omnes, quam ad illum ventura Nota
sit, letitia pervenit. Quod quidem merito, atque optimo
iure contigit. Quis enim est illo, aut nobilitate, aut
probitate, aut optimarum artium studio, atque innocentia
aut ullo in laudis genere prestantior. Nullius tantum Cicero
flumen est ingenii, nulli dicendi, aut scribendi tanta
vis, tantaque copia, que non dicam exornare, sed enar-
rare C. Cesar res tuas gestas, possit, tamen hoc affirmo Articulus
tamen (vel ut) et pace dicam tua, nullam in his esse laudem
ampliorem, quam eam, quam hodierno die consecutus es. Soleo
sepe ante oculos ponere idque libenter crebris usurpare

Nullus tantum

Cicero in hac parte demonstrat se in laudando Cesarem et in ostendenda parva gratia contra oratoris nostri intelligentiam. Ut vero Cicero in arte nova habet multo diu. Probat eum Cesarem cuius orationes ubi pro efficacissimus rethor incipit sermonem. Et sunt Cesaris res, clementie commendatione demirari. Et laudat Cesarem a rebus extrinsecis. Deinde sepe commemorat Cicero victorias suas fortunas et triumphos suos quos eius aliis suis actibus virtutibus sue mansuetudine et benignitate intuentibus comparando. Et laudat eum a rebus suis et potissime propter Marcelli restitutionem, de sua, lenitate, clementia, mansuetudine, modestia et sapientia summa ac pene divina, hac clarissime patet in tota oratione.

sermonibus omnium nostrorum imperatorum, omnium exterarum gentium
potentissimorumque populorum omnium regum clarissimorum
res gestas cum tuis nec contencionum magnitudine nec numero
preliorum nec varietate regionum nec celeritate conficiendi
nec dissimilitudine virorum bellorum posse conferri. Nec
vero disiunctissimas terras citius passibus cuiusquam potuis-
se peragrari quam tuis non dicam cursibus, sed victoriis
illustrate sunt. Que quidem ego nisi ita magna esse
fatear ut ea vix cuiusquam mens aut cogitatio capere
possit, amens sim; Sed tamen sunt alia maiora.
Nam bellicas laudes solent quidam extenuare verbis
easque detrahere ducibus. Comunicare cum multis ne proprie
sint imperatorum. Et certe in armis militum virtus locorum
oportunitas auxilia sociorum classes commeatus multum iuvant.
Magnam vero partem quasi suo iure fortuna vendicat.
et quicquid est prospere gestum, id pene omne ducit suum. At quicquid
At vero huius glorie C. Cesar quam es paulo ante adep-
tus socium habes neminem. Totum est quantumcumque est quod
certe maximum est, totum est inquam tuum. Nichil tibi ex Repeticio
ista laude centurio, nichil prefectus, nichil cohors,
nichil turma decerpit. Quin etiam illa ipsa humanarum Quin etiam
rerum domina fortuna in istius societatem glorie se non

offert, tibi cedit, tuam esse totam et propriam fatetur

Nunquam enim temeritas cum sapientia commiscetur, nec ad con-
silium casus admittitur. Domuisti gentes, immanitate barba-
ras, multitudine innumerabiles, locis infinitas, omni copiarum
genere abundantes, Et tamen vicisti que et naturam et condi-
tionem, ut vinci possent habebant. Nulla est tanta
vis, tanta copia, que non ferro atque viribus debilitari
frangique possit. animum vincere, iram cohibere, al. iracundiam victo
temperare, Adversarium nobilitate, ingenio, virtute, probitate
prestantem, non modo extollere iacentem, Sed etiam
amplificare eius pristinam dignitatem, hec qui faciat, non
ego eum, cum summis viris comparo. Sed simillimum
deo iudico. Itaque G. cesar, bellice tue laudes celebrabuntur
ille quidem neque solum nostris, sed pene omnium gentium litteris
atque linguis, Neque ulla umquam etas de tuis laudibus conti-
cescet. Sed tamen, eiusmodi res nescio, quo etiam
cum leguntur, obstrepit clamor militum et tubarum soni.
At vero cum aliquid clementer, mansuete, iuste mo-
derate, sapienter factum, in iracundia presertim, que est
inimica consilio, et in victoria, que natura et insolens
et superba est audimus aut legimus, quo studio incendimur
non modo in certis rebus, sed etiam in fictis. Ut eos sepe

Articulus

Nulla

al. iracundiam

Sententia

Articulus

Articulus AT VERO CU

quos nunquam vidimus diligamus. Te vero quem presentem intue-
mur cuius mentem sensusque et os cernimus, ut quicquid
belli fortuna reliquum rei publice fecerit, id esse salvum velis
quibus laudibus efferemus, quibus studiis prosequemur, qua be-
nivolentia complectemur. Parietes medius fidius, ut
michi videtur huius curie, tibi agere gratias gestiunt. quod quia
brevi tempore fortuna futura sit illa auctoritas in his suorum
maiorum et suis sedibus. Et quidem M. marcelli viri
optimi et commemorabili pietate prediti lacrimas modo
vobiscum viderem, omnium marcellorum meum pectus memo-
ria effudit quibus tu etiam mortuus M. marcello conserva-
to dignitatem suam reddidisti, nobilissimamque fami-
liam iam ad paucos redactam pene ab interitu vindi-
casti. Hunc tu idem tuis maximis et innumerabilibus gratulatio-
nibus iure anteponis. Hec enim res unius est propria vel a C.
Cesaris. Cetere te duce sunt geste. Magne ille quidem
sed tamen multo maximo comitatu. Huius autem rei
tu idem dux es et comes. Que quidem tanta est ut nul-
la tropheis et monumentis tuis allatura finem sit etas.
Nichil enim est opere et manu factum quod non aliquando con-
ficiet et consumet vetustas. At vero hec tua iustitia
et lenitas florescet quotidie magis ita ut quantum operibus tuis

al. mortuis

Nichil enim est

diuturnitas detrahet, tantum affert laudibus. Et ceteros quidem omnes
victores bellorum civilium, iam quam equitate et misericordia
viceras. Hodierno vero die teipsum vicisti. Vereor ne
hoc ut quod dicam non perinde possit intelligi auditu, atque
ipse cogitans sentio ipsam victoriam vicisse videris, cum
ea, que illa erat adepta victis remisisti. Nam cum ipsius
victorie conditione iure omnes victi occidissemus, clementie
tue iudicio conservati sumus. Recte igitur unus invictus es
a quo etiam ipsius victorie conditio usque devicta est.
Atque hoc C. Cesaris iudicium p. c. quam late pateat at-
tendite. Omnes enim qui ad illa arma fato sumus nescio
quo rei publice misero funestoque compulsi, Etsi aliqua cul-
pa tenemur, erroris humani, ab scelere certe liberati sumus.
Nam cum M. Marcellum deprecantibus vobis rei publice
conservavit, memet, et michi, Et item rei publice nullo
deprecante, et reliquos amplissimos viros, et sibi ipsis
et patrie reddidit. Quorum etiam frequentiam, et digni-
tatem hoc ipso in consensu videtis. Non ille hostes induxit
in curiam, se iudicavit a plerisque ignoratione potius
falso, atque inani metu, quam cupiditate, atque crudelitate,
bellum esse susceptum. Quoquidem in bello, semper de pace
audiendum putavi, Semperque dolui, non modo pacem, sed

al. agendum audiendumque

orationem · etiam Civium pace flagitandum repudiari
Neque enim ego illa, nec ulla unquam secutus arma civilia
Semperque mea, consilia pacis sunt, et toge socia. Non
belli, atque armorum fuerunt, hominem sum secutus privato officio — Notat magnum pompeium
non publico. Tantumque apud me grati animi fidelis memoria
valuit, Ut nulla non modo cupiditate, sed ne spe quidem
prudens etiam sciens, tamquam interitum ruerem volun-
tarium. Quod quidem meum consilium minime obscurum fuit
Nam et in hoc ordine integra re, multa de pace dixi
Et in ipso bello eadem etiam, cum capitis mei, periculo
sensi, Ex quo nemo erit tam iniustus, rerum extimator
qui dubitet, que Cesari de bello voluntas fuit. Cum
pacis autores conservandos statim censuerit. Ceteris fuit
iratior, atque id minus mirum videtur fortasse, tum cum esset
incertus exitus, et anceps fortuna belli. Qui vero vic- — · QUI · VERO ·
tor pacis amatores diligit, Is profecto declarat se
non maluisse dimicare quam vincere. Ut huius quidem rei
M. marcello sum testis. Nostri enim sensus, Ut in pace
semper, sic tum etiam in bello congruebant. Quotiens
ego eum, et quanto cum dolore vidi, Tum insolentiam ce-
terorum hominum, Tum etiam ipsius victorie ferocitatem
[illegible] extimescentem, Quo gratior tua liberalitas C. cesar

nobis, qui illa vidimus debet esse. Non enim cause sunt
inter se, sed victorie comparande. Vidimus tuam victoriam
proeliorum exitu terminatam, gladium, vagina, vacuum in urbe
vidimus. Quos amisimus cives eos vis martis perculit
non ira victorie. Ut dubitare debeat nemo, quin mul-
tos si posset C. Cesar ab inferis excitaret, cum ex eadem
acie conservat, quos potest. Alterius vero partis nichil am-
plius dico, quam id quod omnes verebamur nimis iracundiam
futuram esse victoriam. Quidam enim non modo armatis,
sed interdum etiam ociosis minabantur, nec quid quisque
sensisset, sed ubi fuisset cogitandum esse dicebant. Ut michi
quidem videantur dii immortales, etiam si penas
a p. R. ob aliquod delictum expetiverunt, qui civile bel-
lum tantum, et tam luctuosum, incitaverunt, vel pla-
cati iam, vel saciati aliquando omnem spem salutis ad cle-
menciam victoris, et sapientiam contulisse. Quare
gaude tuo isto tam excellenti bono, et fruere tu for-
tuna, et gloria, tum etiam natura, et moribus tuis
Ex quo quidem maximus fructus iocunditasque sapienti
cetera cum tua recordabere, etsi persepe virtuti, tamen ple-
rumque felicitati tue gratulabere. De nobis quos in
republica tecum salvos esse voluisse, quotiens cogitabis

totiens · de maxi(m)is tuis beneficijs totiens incredulitate
totiens de singulari sapientia cogitabis · Que no(n) modo
summa bona · sed nimirum audebo · l(ege) sola dic(ere) · Tantus est
enim splendor · in laude vir(tutis) · tanta in magnitudine a(n)i(mi)
et consilij dignitas · vt hec a virtute donata · Cetera
a fortuna commodata esse videant(ur) · Noli igi(tur) in conservandis
viris bonis · defatigari · non cupiditate aliqua presertim
aut pravitate lapsis · sed opinione officij · stulta fortas-
se · Certe non improba facie quadam R(ei) p(ublice) · Non enim
tua aliqua culpa ulla est · si te aliqui timuerunt ·
Contraque summa laus · quod minime timendum fuisse sensit
Nunc venio ad gravissimam querelam · et atrocissimam
suspitione(m) tua(m) · que non tibi ipsi magis · quam cunctis omnibus
Civibus · tum maxime nobis · qui a te conservati sumus
providendi est · Quam etsi spero esse falsam numquam tamen
extenuabo verbis · Tua enim cautio · nostra cautio est
vt si in alterutro peccandum sit malim videri magis timi-
dus · quam parum prudens · Sed quisnam est tam demens
De tuis ne tametsi · qui magis sunt tui · quam quibus
tu salutem insperantibus reddidisti · An ex eo ne numero
· qui · vna tecum fuerunt · Non est credibilis tantus in
ullo furor · Vt quo duce omnia summa sit adeptus

TANTUS · EST · ENIM ·

· 8 · 7H ·
subiectio

Nunc venio · pars l(ite)ra(rum) [illegible]
refelle · et q(ue)st(io)nes · suspitio(nem)
et exhortati Cesare(m) ad cus-
todiam vite sue · et rest(au)r(ationem)
reipu(blice) · ita se ei laudatore(m)
q(ue)ritur · Nam cum ista
ad laudem Cesaris [illegible]
dicta sit · Confutatio · autem
si qua in hac sit [illegible]
tenda fuisset · oportuisset
ea fieri [illegible]
laudatio sit quod fuisset dis-
solu(tio) [illegible]
laud(ati)o(n)e · Vt in q(ui)bus que
fieri [illegible] · quod [illegible] non
postulat [illegible] confutatio
[illegible] fuit · tota [illegible]
dici debet · usque ad q(ue)ndam
Et ista [illegible] laudat(ione)
Cesaris potissi(mum) [illegible]
Vt [illegible] · animi
Nam equi(tes) · et [illegible]
sua commendat · Et
supplicat · ut vite et
[illegible] restituat
in statum [illegible] · ut patet
intuenti ·

Huius uitam non anteponat sue Ut si tui nichil cogitat
sceleris cauendum ne quid insiluit Omnes enim qui fuerunt
aut sua pertinacia vitam amiserunt. Aut tua misericordia
retinuerunt. Ut aut nulli supersint de inimicis, Aut qui
Sed tamen tu
superfuerunt amicissimi sint, Sed tamen cum in animis hominum
tante latebre sint, et tanti recessus, Augeamus sane
suspitionem tuam, Simul enim augebimus diligentiam, Nam
quis est omnium tam ignarus rerum, tam rudis in republica
tam nichil umquam ~~tam~~ nec de sua, nec de communi salute cogitans
qui non intelligat tua salute contineri suam, Et ex unius
et quidem
tua vita pendere vel omnium omnium, Et quidem dies noctesque, ut de-
beo cogitans, casus dumtaxat humanos, et incertos euentus
valitudinis et nature communis fragilitatem, extimesco
doleoque, cum res publica Immortalis esse debeat, eam
in unius mortalis anima consistere. Si vero ad humanos
casus incertosque motus valitudinis, sceleris etiam accedat
insidiarumque consensio, quem deum etiam, si cupiat pos-
se opitulari rei publice credimus, Omnia sunt excitanda
tibi C. Cesar uni, que iacere sentis belli ipsius impetu
quod necesse fuit perculsa atque prostrata prius. Consti-
Articulus
tuenda iudicia, reuocanda fides, Comprimende libidines
propaganda soboles, omnia que dilapsa iam fluxerunt

Severis legibus vicenda sunt. Non fuit recusandum in tanto civili bello, tanto animorum ardore, et armorum, quin quassata res publica, quicumque eventus belli fuisset, multa perderet ornamenta dignitatis, et presidia stabilitatis sue. Multa quoque uterque fecit dux armatus, que idem togatus fieri prohibuisset. Que quidem tibi nunc omnia belli vulnera sananda sunt: quibus preter te mederi nemo potest. Itaque illam tibi tuam preclarissimam, et sapientissimam vocem invitus audivi, Satis te diu vel nature vixisse, vel glorie. Satis si ita vis nature fortasse addam, etiam si placet glorie. Ut quod maximum est, patrie certe parum.
Quare omitte queso istam doctorum hominum in contempnanda morte prudentiam. Noli nostro periculo esse sapiens. Sepe enim venit ad meas aures, et te idem istud nimis crebro dicere Satis te tibi vixisse credo. Sed tunc id audirem. Si etiam tibi soli viveres, aut si etiam soli natus esses. Nunc cum omnium salutem civium cunctamque rempublicam res tue geste complexe sint, tantum abes a perfectione maximorum operum, ut fundamenta nondum, que cogitas ieceris. Hic tu modum vite tue non salute rei publice sed equitate animi diffinies? Quid? si istud ne glorie quidem tue satis est. Cuius te esse avidissimum, quamvis sis

als perdent

Articulus

Dissolution Quare

Quicquid enim

sapiens non negabis etc. Parum ne iam inquies mag-
nam gloriam delinquemus. Immo uero aliis, quamuis multis
aliis, tibi uni parum. Quicquid enim est quamuis amplum
sit, id est parum tunc cum est aliquid amplius. Etenim
si rerum tuarum immortalium C. Cesar hic exitus futurus
fuit, ut deuictis aduersariis rempublicam, in eo statu relin-
queres, in quo nunc est. Vide quaeso ne tua diuina virtus
admirationis plus sit habitura quam glorie. Siquidem gloria
est illustris et peruagata magnorum uel in suos ciues,
uel in patriam, uel in omne genus hominum fama meritorum.

Diffinitio

Hec igitur tibi reliqua pars est. Hic restat actus. In
hoc elaborandum, ut rem publicam constituas, ea que tu
in primis cum summa tranquillitate et ocio perfruare, tum
te si voles, cum et patrie quod debes, solueris, et naturam
ipsam expleueris satietate uiuendi. Satis diu vixisse

Vale ad finem

dicito. Neque enim est ocio hoc ipsum diu in quo est aliquid
extremum. Quod cum venit omnis voluptas preterita pro
nichilo est, quia postea nulla est futura. Quamquam iste tuus
animus, numquam his angustiis, quas natura nobis dedit ad uiuen-
dum contemptus fuit, semper immortalitatis amore fla-
grauit. Nec vero hec tua uita dicenda est, que cor-
pore et spiritu continetur. Illa inquam illa uita est tua que

Neque enim est

uigebit memoria setulorum omnium. Quam posteritas alet
quam ipsa eternitas semper intuebitur. Huic tu inseruias,
huic te te ostendas oportet, que quidem, que miretur, iam
pridem multa habet. Nunc etiam que laudem expectat.
Obstupescent posteri certe, imperia prouincias, rhenum, Articulus
oceanum, Nilum, pugnas innumerabiles, incredibiles vic=
torias, monimenta, munera, triumphos audientes, et le=
gentes tuos, Sed nisi hec urbs, stabilita tuis consilijs
et institutis erit, vagabitur modo tuum nomen, longe
atque late, Sedem, quidem, sed stabilem, et domicilium
certum non habebit. Erit inter eos etiam, qui nascentur,
sicut inter nos fuit magna dissensio. Cum alij laudibus
ad celum res tuas gestas efferent Alij fortasse
aliquid requirent, idque uel maximum. nisi belli ciuilis
incendium salute patrie restrinxeris, Ut illud fati videatur
fuisse, hoc consilij, Serui igitur his iudicibus, qui multis post
seculis, de te iudicabunt, et quidem haut scio an incor=
ruptius quam nos, Nam et sine amore, et sine cupi=
ditate, et rursus sine odio, et sine inuidia iudicabunt
Id autem, si tum ad te, Ut quidem falso putant,
non pertinebit, nunc certe pertinet esse te talem, Ut tuas
laudes, obscuratura nulla vnquam ulla sit obliuio.

Dissolutio
Repetitio

INGRATUS

·/· Diuerse voluntates Ciuium fuerut distracte qz fine· Non
eni consiliis solum, sed etiam studiis, sed armis etiam
et castris diffidebamus Erat aute obscuritas quedam Erat
certamen int clarissimos duces· Multi dubitabant
quid optimum esset· Multi si quid expediret· Multi quid
deceret· Non nulli etiam quid liceret pfuncta res publica
hoc est misero, fatalique bello· Vicit is· qui non fortuna
inflammaret odium suum· Sed bonitate leniret· Nec omnes
quibus iratus esset eosdem etiam exilio aut morte dignos iudi-
caret· Arma ab aliis posita, ab aliis erepta sunt
Ingratus est iniustusque ciuis, qui armorum periculo liberatus
animum tamen retinet armatum· Ut iam ille sit melior,
qui in acie cecidit, quam qui in causa animam profudit· Que
enim pertinacia quibusdam eadem aliis constantia videri potest
Sed iam omnis dissensio fracta est armis, extincta equi-
tate, victoris Restat, ut omnes unum velint, qui modo
habent aliquid non sapientie, modo sed etiam sanitatis
Nisi te C· Cesar saluo, et in ista sententia qua tu antea
tum hodie maxime usus es manente, salui esse non possumus
·/· Quare omnes te, qui hec salua esse volumus, et horta-
mur et obsecramus, ut vite, ut saluti tue consu-
las, omnesque tibi, ut pro aliis, etiam loquar, quod de

me ipso sentio. quam subesse aliquid putas, quod cavendum sit
non modo excubias, et custodias, sed etiam laterum nostrorum
oppositum, et corporum pollicemur. Sed ut unde est orsa
in eodem terminetur oratio, maximas tibi omnes gratias agimus C.
Cesar, maiores etiam habemus. Nam omnes idem sentiunt
quod ex omnium precibus vel lacrimis sentire potuisti. Et quia
non est omnibus astantibus necesse dicere, a me certe dici vo-
lunt, cui necesse est quodammodo quod volunt, et quod
fieri decet M. marcello a te huic ordini P. R. et
rei publice reddito, fieri id intelligo. Nam letari
omnes, non ut de unius sed ut de omnium salute sentio
Quod autem summe benivolentie est, que mea omnibus
erga illum semper non fuit ut vix M. marcello optimo
et amantissimo fratri, preter eum quidem cederem nemini
Cum id sollicitudine cura labore tamdiu prestiterim
quamdiu est de illius salute dubitandum, Certe hoc tempore
magnis curis, molestiis, doloribus liberatus prestare de-
beo. Itaque C. Cesar sic gratias ago ut me omnibus rebus
a te non conservato solum, sed etiam ornato, tamen
ad tua in me commemorabilia merita, quod fieri iam
posse non arbitrabar magnus hoc tuo facto cumulus
accessit. Mon: tuer

Sed ut unde est orsa
quod est quasi dicens in quo Cicero
[illegible] agens gratias actor
et commemorans letitiam [illegible]
[illegible] et suam quod ex M. marcello
restituto. [illegible] ex fine
quod debuit hec oratio scilicet in
gratiarum actione Nam omnis fuit
de collocatio beneficii et proposito
et sibi, ideo merito post lau-
dem gratias agere debuit
[illegible] et vice sui ipsius
eleganter quod fecit, ut invenit
quod in arte docuit in hac
oratione, eleganter [illegible]
Nam ubi dicat in arte
[illegible]
[illegible]
[illegible]
ubi [illegible] gaude tuo
et ibi. [illegible]
[illegible] et ibi
[illegible] omnes te, qui salva
hec [illegible].

Argumentum

Hec oratio in iudiciali que constitutio est per contrariam ad defensionem Quod genus dividitur in absolutam assumptivam Hec oratio
sub assumptiva et dein assumptiva in concessionem Quorum duabus surgat/ comparatio Est enim hec oratio in concessionem quando
reus postulat sibi ignosci. Hoc enim fit hic Cum Cicero petit quod ignoscatur ligario a Cesare et tamen ipsa concessio
datur in purgationem et deprecationem Dicitur est/ quod hec oratio ita in concessione versatur Nam ut ignoscatur ligario petitur qui alia
partes concessionis purgationem scilicet et deprecationem Negat enim Cicero in affrica fuisse ligarium consulto ymmo ex necessitate
hinc locum purgationis Et etiam si peccasset/ et consulto fecisset, ligarius quicquid fecit ueniam postulat Cicero
Ce. misereatur ligarii, Et sic oratio in purgatione, et deprecatione versatur Unde per dicta patet cuius esse generis in qua est
oratio/ scilicet iudicialis assumptiva in concessione per purgationem a uoluntate/ et deprecationem.

ad C.

Quintus ligarius Civis Romanus cum G. Considio consule profectus est legatus in affricam/ ante belli civilis principium
dein provincia decedente Considio ligarius/ prefectus provincie mansit in affrica, Postea cum bellum cepisset in
Pompeium et Cesarem ligarius ullo negotio se implicari passus est/ ut dicit Cicero Nam P. Actius Varus qui
pretor affricam obtinuerat utica venit/ et arripuit imperium ad clamorem multitudinis imperite/ et ad eum
ita concursu, Et ligarius adventu suo quievit/ sed tamen mansit in affrica, Cum provincia sub Cesaris tenebatur
ad quam provinciam bello ardente L. Q. Tubero, cum ipso imperio sibi a senatu, et sorte/ ut moris erat/ data
ad intrare non potuit/ prohibente ligario/ ut appellat ipse Tubero Unde ad Pompeium fuit in Macedonia
et apud eum de iniuria questus est ut dicit Cicero/ et cum eo fuit in bello civile/ quo bello finito Cesar
victor/ Tuberoni/ et multis aliis patriam restituit/ Sed ligarius exulabat domi manentibus fratribus ligarii
qui cum Cesare semper fuerant, Et cum Q. Tubero filius L. Tuberonis ligarium Cesari accusasset/ quod
Cesarem fuisset in affrica, quod ipsum cum patre suo provincia prohibuisset, cum ligarius Cicero habet iussit orationem
defendere/ et pro ipso gratiam Cesaris nititur impetrare.

Novum crimen G. Cesar. Ab prima incipit exordium istud et a duobus fortissimis adiunctis/ tamquam a valida argumentatione
quod fieri debet, causa postulavit. docet in arte Et hec causa totam optime postulat Nam cum hec arte diff
talis apud Cesarem videbatur, Cum inter que a ligario retenta affrica dicebatur Ne autem Cesare offense
suo exordio/ nulla alia ratione firmatio, aut narratione intollerabilis Incipit ab hiis adiunctis quod sup
est ea potissimum fundatur Non confessus est subito cum prima crimen deponens. Et ita confessus est ut
veniam postularet, Item ad adiunctum a de se quatit unde sub plane/ quod quesisset esse, a L. Tubero
pre Q. Tuberonis, qui Q. ligarium accusabat, ideo sic incipit, Ut hiis duobus adiunctis animo Cesaris
confirmato, et ad clementiam et ad iustitiam eius deinde proficit benigne ad audiendam Nec in isto principio
ut completum est exordii proprietas, cum et causa suadente ad exordium finem iungunt. ut sequens patebit.

.M.T. CICERONIS. PRO. QVINTO. LIGARIO ORATIO. INCIPIT.

Novum crimen G. Ce. et ante hunc diem inauditum propinquus meus ad te Q. tubero detulit, cuntum ligarium in affrica fuisse Idque G. pansa prestantissimi viri ingenio fretus fortasse familiaritate ea que est ei tecum, ausus est confiteri. Itaque quo me vertam nescio, paratus enim veneram, Cum tu id neque per te scire, neque aliunde audire potuisses, ut ignoratione tua, ad hominis miseri salutem abuterer. Sed quoniam diligentia inimici investigatum est, quod latebat, confitendum est ut opinor, presertim cum meus necessarius G. pansa fecerit ut id iam integrum non esset. Omissaque controversia, omnis oratio ad misericordiam tuam conferenda est, qua plurimi sunt conservati. Cum a te non solum liberationem culpe Sed erratis veniam impetravissent. Habes igitur Tubero quod est accusatori maxime optandum confitentem reum Sed tamen, hoc ita confitentem se in ea parte fuisse

Q. Ligarius igr Ligarius

Dicendum e qd narratio ista valde nobiliter et artificiose confecta est exponendo rem que gesta est, et vindicando ad utilitatem suam, vincendi causa Affrice siquidem est profectus, que narratio est sine suspitione Ligarii, hec suspitio, et diluenda est. Nam ut quicquid gestum e, exponit et primo videlicet profectionem, secundo mansionem et causam mansionis, deinde repentinum metum belli civilis ... ordinem possibilis est qd hoc ut mos postulat, ... ut legati cum consulibus in provinciis ... constat per dignitas et spacia tempore ... ut sit possibilis hoc tempore.

qua te Tubero, qd est auctori maxe et sua viro omni laude dignum prem tuum. Itaqz prius de uro delicto confiteamur: nam est, q Ligarii ullam culpam reprehendat.

Q. Ligarius igitur Ligarius, cum esset nulla belli suspitio legatus in Affricam, cum consule Considio profectus est: qua in legatione, et civibz et sociis ita se probavit ut decedens Considius provincia satisfacere hominibz non posset, si quemqz alium provincie prefecisset, Itaqz cum Q. Ligarius diu recusans, nichil profecisset, provinciam accepit invitus. Cui sic prefuit in pace ut et civibz et sociis gratissima eius esset integritas, et fides. Bellum subito exarsit, qd qui erant in Affrica, ante audierunt geri qz parari. Quo audito, partim cupiditate inconsiderata, partim ceco quodam timore primo salutis postea studii sui querebant, aliquem ducem. Cum Ligarius domum spectans, et ad suos redire cupiens: nullo se implicari negotio passus est. Interim P. Actius Varus, qui pretor Affricam obtinuerat Affricam venit, ad eum statim concursum est. Atqz ille cupiditate non mediocri apparuit imperium, si illud imperium esse potuit quod in privatum clamorem multitudinis imperite nullo publico consilio.

deferebatur. Itaque ligarius, qui omne tale negotium cuperet
effugere, paululum adventu varri conquievit. Ad hunc
C. Ce. Q. l. cum culpa caret, domo est egressus, non modo
nullum ad bellum, sed ne ad minima quidem suspitionem
belli, legatus in pace profectus, in provincia pacatis-
sima, ita se gessit, ut ei pacem esse expediret esse. Profecto
certe animum tuum non debet offendere. Num igitur remansio
in criminis. Nam profectio voluntatem habuit, non turpem
remansio etiam necessitatem honestatem. Ergo hec duo
tempora carent crimine, unum cum est legatus profectus,
alterum cum efflagitatus a provincia, prepositus Affrice
est. Tercium tempus est, quo post adventum Vari in Affrica
restitit, quod si quod est criminosum, necessitatis crimen
est, non voluntatis. An ille si potuisset illinc ullo
modo evadere, Utice potius, quam Rome, cum p. Vetio, quam
cum concordissimis fratribus, cum alienis esse, quam cum suis mal-
luisset. Cum ipsa legatio plena desiderii ac solicitudinis
fuisset, propter incredibilem quendam fratrum amorem. Hec
equo animo esse potuit belli dissidio distractus a fra-
tribus. Nullum igitur habes signum. Ce. adhuc in Q. liga-
rio aliene a te voluntatis. Cuius ego causam animadvertite [illegible]

[illegible marginal note]

ille si potuisset / [illegible]

Cuius ego causam / [illegible]

vl dem

queso qua fide defendo meam, O clementiam admirabilem
atque omni laude predicatione, litteris monimentisque decorandam
.M. cicero apud te defendit, alium in ea voluntate non
fuisse in qua, se ipsum confitetur fuisse. Nec tuas tacitas
cogitationes questiones extimescit, nec tibi de alio audi-
enti, de ipso occurrat reformidat. Vide quam non reformi-
dem. Vide quanta lux liberalitatis et sapientie tue mihi
apud te dicenti aboriatur. Quantum potero voce contendam
. Ut populus hec Romanus exaudiat. Suscepto bello. Ce-
gesto, etiam ex magna parte nulla vi cohortante iudicio
, ac voluntate, ad ea arma profectus sum, que erant sump-
ta contra te. Apud quem igitur hec dico. Nempe apud
eum, qui cum hec sciret, tamen me antequam vidit reipublice
reddidit. Cui ad me ex Egipto litteras misit. Ut essem
idem, qui fuissem. Cui cum ipse Imperator in toto populo
R. unus esset, esse me alterum passus est. A quo hec ipso
C. pansa, michi hunc nuntium proferente concessos
fasces laureatos tenui, quoad tenendos putavi. Cui
tum denique, se salutem putavit dare, si eam nullis spo-
liatam ornamentis dedisset. Vide queso tubero. Ut qui
de meo facto non dubitem dicere, de ligarii audeam confiteri
. Atque hec propterea de me dixi, ut michi Tubero, cum de se eadem

Vide queso tubero. Hic incipit [illegible] [illegible] [illegible], confutationem. Et incipit [illegible] post alias adiuncto, fortissimo a prima parte [illegible]
[illegible] ipsum Tuberonem [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] cesarem [illegible] peiora fecisse quam ligarius, et in [illegible] quod ligarius [illegible]
quod dicit [illegible] [illegible] [illegible] Cicero [illegible] crudelitatem [illegible] qua [illegible] cesari [illegible] [illegible]
[illegible] in [illegible] ut [illegible] Cicero [illegible] in toto [illegible] [illegible] crudeliter [illegible], quod [illegible] agit Cicero [illegible] [illegible]
ab [illegible] [illegible] facto ligarii [illegible] [illegible], quod non debeat scelus appellari. Et ut [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] Tubero [illegible] [illegible] Cicero [illegible], quod in arte [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sua [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ligarii [illegible] [illegible] tuberonis [illegible] id quod [illegible] Tubero [illegible] fuit in [illegible]
[illegible] voluntate, [illegible] ligarius [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] senatui paruit, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] facto Tuberonis, a ligario [illegible] [illegible] voluit [illegible] quod [illegible] fuit [illegible] in voluntate ligarius [illegible]
[illegible] in [illegible] Tuberonis, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] arte [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] a Tubero[illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] veniebat in affricam, ut [illegible] [illegible] cesarem [illegible] ut tradidit provinciam cesari, [illegible] sibi [illegible]
Cicero, et artificiose [illegible] ea [illegible] [illegible] gesta concludit Tuberonem [illegible] fuisse facturum, ut [illegible] apparere [illegible] [illegible]
Ciceronis [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible] arte et ingenio.

dicere ignosc

dire(m) ignosceret. Cui(us) ego industrie, glorieque faveo. Vel propter propinquam cognatorum, vel quia ego eius inge- nio, studiis quoque delector. Vel quia laudem adolescentis propinqui existimo, etiam ad meum aliquem fructum redundare.) Sed hec quero: Quis putat esse crimen, fuisse in Af- frica ligarium? Et nempe is, qui et ipse in Affrica esse voluit, et prohibitum se a ligario queritur. Et certe contra ipsum cesarem est congressus ar- matus Quid enim Tubero tuus ille districtus in acie phar- salica gladius agebat, Cuius latus ille mucro petebat Quis sensus erat armorum tuorum? Que tua mens oculi manus ardor animi? Quid cupiebas? Quid optabas? Nimis urgeo, commoveri videtur adolescens. Ad me re- vertar. Iisdem in armis fui, Quid autem aliud egimus Tubero, nisi ut quod hic potest nos possemus. Quorum igitur impunitas Cesar tue clementie est, et laudis, eorum ipsorum ad crudelitatem, te acuet oratio. Atque in hac cau- sa, non nichil equidem Tubero etiam tuam, sed multo magis prudentiam, tui patris desidero. Ex homo tum ingenio, tum etiam doctrinis excellens, genus hoc oe quod esset non viderit Nam si vidisset quo vis perfecto quam isto modo a te agi malluisset. Arguis fatentem.

Articulus

Non est satis / accusas eum / qui causam habet / vivit ut ego dico
meliorem / aut ut tu vis parem. Hec non modo mirabi-
lia sunt / sed prodigii similia / que dicam / non habet
eam vim ista accusatio / ut Q. L. condempnetur / sed ut
necetur. Hoc egit civis Romanus / ante te nemo / externi
isti sunt mores usque ad sanguinem incitare odium /
aut levium Grecorum / aut immanium barbarorum. Nam quid
aliud agis quam ut occidatur? ut Rome ne sit / ut domo
careat / ne cum optimis fratribus / ne nobiscum vivat / nec sit
dissolut. in patria. Num est / num potest magis carere his omnibus quam
caret. Italia prohibetur / exulat. Non tu ergo patria
hunc privare / qua caret / sed vita vis. At istud ne apud eum
quidem dictatorem / qui omnes quos oderat / morte multabat
quisquam egit isto modo. Ipse iubebat occidi nullo postulante
premiis etiam invitabat. Que tamen crudelitas ab
hoc eodem aliquot annis post quem tu nunc crudelem esse vis
vindicata est. Ego vero istud non postulo inquies. Ita
Repetit. et dissolutio me hercule existimo Tubero. Novi enim te. Novi patrem
Novi deinde nomenque vestrum / studia deinde generis / ac
Articulus familie vestre virtutis humanitatis / doctrine / plurimarum artium
atque optimarum nota sunt michi. Itaque certo scio vos
non petere sanguinem / sed parum artem [vel attenditis] dicis. Res enim

eo mortem expetat. Et ea pena in qua ligarius
adhuc sit non videamini esse contenti. Que igitur est
alia preter mortem. Si enim in exilio est sicuti est quid
amplius postulat. An ne ignoscat. Hoc vero mul-
to acerbius multo est durius multoque gravius quod nos domi
petimus precibus et lacrimis prostrati ad pedes non tam
nostre cause fidentes quam huius humanitati. Id ne impe-
tremus pugnabis. et in nostrum fletum irrumpes. Et nos
iacentes ad pedes supplicum voce prohibebis. Sed si
cum domi hoc faceremus quod et fecimus et ut spero non
frustra fecimus tu repente irrupisses et clamare ce- (Repetitio et dissolutum)
pisses. C. Cesar cave ne credas cave ne ignoscas cave
te fratrum pro fratris salute obsecrantium misereat. Nonne omnem
humanitatem exuisses. Quanto hoc durius quod nos domi pe-
timus id a te in foro oppugnari et in tali miseria
multorum perfugium misericordie tolli. Dicam plane
C. Cesar quod sentio si tanta tua fortuna lenitas non
esset tanta quantam tu per te in quam optines. Intelligo
quid loquar acerbissimo luctu redundaret ista victoria
. Et essent multi de victoribus qui te crudelem esse vel-
lent. Cum et de victis reperiantur quam multi qui cum a te
ignosci nemini vellent impedirent tuam clementiam. Cum

etiam hi quibus ignovisti, noluit te esse in alios miseri-
cordem. Et si probare Cesari possemus, in Affrica ligari-
um non fuisse omnino, etsi honesto et misericordi men-
dacio saluti civi calamitoso auxilio esse vellem, tamen
hominis non esset, in tanto discrimine, et periculo civis
refellere, et coarguere nostrum mendacium. Etsi esset alicuius
eius domine non esset, qui in eadem causa et fortuna fuisset
Sed tamen aliud est errare Cesarem nolle, et aliud nolle
misereri. Tum dicebas: Cave Cesar credas, fuit in af-
Dissolutum frica ligarius. Tulit arma contra te. Num quid dicis
Cave ignoscas. Hec nec hominis nec ad hominem vox est
quam qui apud te C. Cesar utetur suam citius abi-
ciat humanitatem, quam extorquebat tuam. At primum
aditus, et postulatio Tuberonis, hec ut opinor, fuit
velle se de scelere Q. ligarii dicere. Non dubito quin admi-
ratus sis. Vel, quod de nullo alio quisquam. Vel, quod his, qui in eadem
causa fuissent. Vel quid nam novi sceleris afferret
Scelus tu id vocasti Tubero. Cur? Isto enim nomine
illa adhuc causa caruit. Alii errorem appellabant
Articulus Alii timorem. Qui durius spem, cupiditatem, odium,
pertinaciam, qui gravissime temeritatem, scelus preter
te adhuc nemo. At michi quidem si proprium et verum
nomen nostri mali queritur, fatalis quedam calamitas

incidisse videtur, et improvidas mentes hominum occupas-
se, ut nemo mirari debeat humana consilia divina
necessitate esse superata. Liceat esse miseros, quamquam hoc
victore non possumus. Sed non loquor de nobis.
De illis loquor, qui occiderunt: fuerunt cupidi, fuerunt
irati, fuerunt pertinaces sceleris vero crimine furoris parri-
cidii in manes sint liceat Cn. Pompeio, mortuo
liceat multis carere. Quando hoc ex te quisquam, Cesar, audivit
Ut tua, quid aliud arma voluerunt nisi a te contu-
meliam propulsare? Quid ille egit tuus invictus
exercitus, nisi ut suum ius tueretur: et tuam dignitatem
Quid tu cum pacem esse cupiebas, idne agebas ut
tibi cum sceleratis, an ut cum bonis civibus conveniret
Michi vero tua in me, Cesar, maxima merita tanta certa
non viderentur, si me ut sceleratum a te conservatum
putarem. Quomodo autem de re publica bene meritus esses
si tot sceleratos incolumi dignitate esse voluisses.
Secessionem tu illam existimasti, Cesar, initio, non
bellum, non hostile odium, nec civile dissidium, utrisque cupi-
entibus rem publicam salvam esse, sed partim consiliis,
partim studiis a communi utilitate aberrantibus.
Principum erat dignitas pene par, non par fortasse

UT NEMO ... mo dig

dissolutio et repetitio

dissolutio et repetitio

coꝝ qui sequebant̃ causa tuc quidem dubia erat, quod aliquid in utraque parte quod probari posset. Nunc melior certe ea iudicanda est, quam dii etiam adiuvarant. Cognita vero clementia tua, quis non eam victoriam probet in qua occidit nemo nisi armatus. Sed ut omittam com̃unem causam veniam ad nostram. Utrum tandem existimas, tu facilius fuisse, Tubero ligarium ex affrica non non venire te potamus, ne inquies tu senatus defuisset. Si me consulis nullo modo, sed tamen senatus ligarium delegavit. Atque ille eo tempore paruit, tu parere senatui nemini erat. Vos tu comparuistis, tu paruit nemo qui voluit. Respondeo igitur minime non. Neque enim licuit aliter nostro generi, nomini, familie, discipline. Sed hoc non concedo. Ut quibus rebus gloriemini in vobis, easdem in aliis reprehendatis. Tuberonis sors coniecta est, ex senatusconsulto, cum ipse non adesset morbo etiam impediretur. Statuerat excusare. Hec ego novi propter homines necessitates, que michi sunt cum L. tuberone. Domi una eruditi, Miliciaeque contubernales post affines, in omni denique vita familiares. Magnum etiam vinculum, quod iisdem studiis semper usi sumus. Scio igitur tuberone domi manere voluisse

Articulus

Sed ita quidem agebant . ita reipublice sanctissimum
nomen habebant (vel opprimebant), Vt etiam si aliter sentiret, verborum
tamen ipsorum pompeius sustinere non possit . Cessit
autem amplissimi viri, Vel potius paruit . Vna est Correctio
perfectus . cum hijs quorum erat vna causa . Tardius
iter fecit . Itaque in Affricam venit iam occupata
Hinc in ligarium crimen oritur . Vel ira potius Nam
si crimen est illud voluisse, tamen non minus magnum
est Vos affricam arcem . omnium prouinciarum nata ad
bellum, contra hanc urbem gerendum obtinere voluisse
, quam aliquem imperatorem se esse voluisse Atque is tamen
ligarius non fuit Varrus imperium se habere dice-
bat, fasces non certe habebat, Sed quoquo illud se
habet, Hec querela vestra Tubero quid valet, nos re-
cepti in prouincia non sumus . Quid si essent? Cesari
ne eam tradituri fuissent? An contra Cesarem re-
tenti, Vide quid licentie Cesar . noua tua nobis li-
bertas det, vel potius audatie . Si responderit, Tubero
Affricam . quo senatus eum, sorsque miserat tibi tra-
diturum fuisse, non dubitabo . apud te ipsum . Cuius id ipsum
facere interfuit, grauissimis verbis eius consilium reprehendere .
Non enim si tibi hec res grata fuisset, esset etiam probata

Sed tamen hoc totum omitto. Non tam ne offendam
tuas patientissimas aures, quam ne tubero, quod numquam
cogitauit, facturus fuisse videtur. Veniebatis igitur
in affricam prouinciam meam, vnam, ex omnibus huic
uictorie maxime infestam. In qua res erat, potentis-
simus inimicus, huic cause, aliena voluntas, conuentus
Articulus
firmi, atque magni. Quero quid facturi fuissetis. Quamquam
quid facturi fueritis non dubitem, cum videam quid
feceritis. Prohibiti estis in prouinciam meam pedem ponere.
Etiam prohibiti summa cum iniuria. Quo id tulistis.
accepta iniuria. Querelam ad quem detulistis. Nempe
ad eum, cuius auctoritatem secuti, in societatem belli ve-
neratis. Quod si cesaris causa veniebatis in prouinciam
Ad eum profecto exclusi prouincia venissetis. Venistis
vel inuire
ad pompeium. Que ergo hec est apud Cesarem querela.
queremini
Cum eum accusetis, a quo queramini, uos prohibitos
contra cesarem bellum gerere. Atque in hoc quidem, vel
cum mendacio si vultis gloriari, per me licet vos prouin-
ciam cesari tradituros fuisse. Etiam si a varro, et
quibusdam aliis prohibiti essetis. Ego autem confiteor
culpam esse ligarii. qui vos tante laudis occasione priua-
uerit. Sed vide quaeso, Cesar constantiam ornatissimi

viri .L. Tuberonis, que ego quamvis ipse probarem, ut probo
non tamen commemorarem, nisi a te cognovissem
in primis illam virtutem solere laudari. Que fuit igitur
umquam in ullo homine tanta constantia? Constan- Dubitatio
tiam dico? Nescio an melius patientiam possem dicere
Quotiens enim illud quisque fecisset? Ut ea quibus partibus
in dissensione civili non esset receptus, essetque etiam
cum crudelitate reiectus, ad eas ipsas rediret. magni
cuiusque animi, atque eius viri est, quem de suscepta
causa, propositaque sententia, nulla contumelia, nul-
la vis, nullum periculum possit depellere. Ut enim cetera
paria Tuberoni, cum Varro fuissent, honor, nobi-
litas, splendor, imperium, ingenium, que nequaquam fuerunt Articulus
. Hoc certe precipuum Tuberonis fuit, quod iusto cum imperio
ex senatus consulto, in provinciam suam venerat
. Hinc prohibetur, non ad Cesarem, ne iratus, non
domum ne iners, non aliqua in regione, ne con-
demnare causam illam, quam secutus esset videretur
In Macedoniam, et in Gn. Pompeii castra venit.
In eam ipsam causam, in qua erat eiectus, cum iniu- vel cuius
ria. Quid? cum ista res nichil commovisset eius animum,
ad quem venerat, languidiore credo studio in causa

|| bella animi

fuisset. immo in presidiis erat, cum vero a causa abhorrebant. An ut fit in civilibus bellis, nec in nobis magis quam in reliquis, omnes vincendi studio tenebantur. pacis equidem semper actor fui, sed tum sero. Erat enim amentis cum aciem videret, pacem cogitare. Omnes inquam vincere volebamus, tu certe praecipue, qui in eum locum venisses ubi tibi esset pereundum nisi vicisses. Quero utrum vestras iniurias, an reipublice prosequamini. Quamquam ut res nunc sese habet non dubito, quin etiam hanc salutem anteponas illi victorie. Hec ego non dicerem si aut vos constantie vestre, aut Cesarem beneficii sui peniteret. Nunc quero vestras iniurias an reipublice persequamini. Si reipublice, quid de vestra in ea causa perseverantia respondebitis? Si vestras videte ne erretis qui Cesarem inimicis vestris iratum fore putetis, cum ignoverit suis. Itaque num tibi videor in causa Ligarii esse occupatus? Num de eius facto dicere? Quicquid dixi ad unam summam referri volo, vel humanitatis vel clementie, vel misericordie tue. Causas Cesar egi multas, et quidem tecum, dum detinuit te in foro Romano honorum tuorum, certe numquam hoc modo: Ignoscite iudices, erravit, lapsus est, non putavit. Si umquam

ERAT ENIM Nota

Dimissio

Dissolutio

Itaque vide deprecatio. Nonnumquam tamen quod deprecatio genus de ipso iudicial esse non potest, quia deprecari ipse non defende et [illegible] defensionem genus iudicialis non fit. Et enim contrarium est defensionem contra iudices quomodo non potest et non potest intendi simul contra deprecationem apud iudices. Et ita intelligitur est quod deprecatio iudicialis esse non potest pura sed deprecatio adiuncta cum [illegible] sione vel iudicii ut et pura purgatione in iudiciali esse ea tractatur deprecatio. Et tunc est confessio culpe cum presuppositione [illegible] sit quia iudicialis et si pro purgatione ducitis, non peccavi, quia per [illegible] quam feci. Deinde subiungas: Certe tu si ex voluntate pec[illegible] veniam peto. Cicero itaque defendit Ligarium in hac causa per purgationem [illegible] quia id quod fecit invitus fecit. Et ubi simul [illegible] catorem Cesaris clementiam deprecatur. Ut ad hunc si Ligarius fecisset ex voluntate quod fecit. Per locus deprecationis [illegible] venia[illegible] Itaque se nunc asserit se causam velle referre ad summam unam scilicet clementie et misericordie Cesaris quod deinde [illegible] ad sum[illegible] fuit in esse primo collocatum, tamquam fortissimum adiumentum, in quo hec oratio videtur valde superbia hec oratio [illegible] peccatorum et [illegible] in deprecatione, aut apparet superbia in ea parte in hac [illegible] se non agere apud Cesarem tamquam iudicem, sed tamquam apud parentem, et hic colligit adiuncta, que valent esse apud iudicem per ea demonstrans [illegible] Ligarii. Et quod non velit intrare de ipsis, tendit ad deprecationem cui studet ut videtur fatendo et veniam postulando et [illegible] Cesarem [illegible] potissimum [illegible] hec ratio. Ut Cicero incepit [illegible] apud [illegible] et ceteris [illegible] sit [illegible] calamitates [illegible] in [illegible] misericordia fuit futu[illegible] et [illegible] Ligarii [illegible]

pater hac ad parentem sic agi solet ad iudices. non fecit
/ non cogitavit / falsi testes / fictum crimen. Dic te Cesar
de facto ligarij iudicem esse / quibus in presidijs / fuit quere. — dissolutum
Taceo / ne hoc quidem colligo fortasse / que valerent
etiam apud iudicem / legatus ante bellum profectus — de articulis
relictus in pace / bello oppressus / in eo non acerbus fuit.
tametsi totus animo et studio tuus / ad iudicem sic agi — prisis
solet / sed ad parentem loquor / Erravit / temere fecit.
penitet / Ad clementiam tuam confugio / Delicti ve- — dissolutum
niam peto / Ut ignoscas oro / Si nemo impetravit
arroganter. Si plurimi / Tu idem fer opem / qui spem
dedisti / An sperandi ligario causa non fuit / cum michi — contrarium
apud te locus sit / etiam pro altero deprecari / quamquam nec in — alis deprecandi
hac oratione spes est posita cause / nec in eorum stu-
dijs / qui te pro ligario petunt tui necessarii / Vidi — VTUZ EHZM
enim / et cognovi / quid maxime spectares / Cum pro alicuius
salute multi laborarent / Causas apud te rogantium glo-
riosiores esse / quam vultus / neque te spectare / quam tuus esset ne-
cessarius / is qui te oraret / sed quam illius causa pro quo
laboraret / Tribuisti quidem tuis ita multa / ut michi esse — pulchra laus et et sa-
beatiores illi videantur / interdum / qui tua liberalitate — ris
fruuntur quam tu ipse / qui ipsis multa concedas Sed video

tamen apud te ut dixi causas rogantium vale, plusque
preces. Ab his qui te movent maxime, quorum iustissimum
videas dolorem in petendo. In Q. ligario conservando
cum quid multis gratum facies tuis necessariis hoc
queso considera quod soles, possum tibi fortissimos
viros sabinos tibi probatissimos, totumque agrum sabinum
florem Italie, robur reipublice proponere. Nosti optime

Sententia complexus perfecto, Animadvertite horum omnium mestitiam, et dolorem. Ut huius
titi brocchi, de quo non dubito, quid extimes, lacrimas
squalorem ipsius, et filii vides. Quid de fratribus
dicam. Noli Cesar putare de unius capite nos agere,

Repetitio Aut tres ligarii, tibi in Civitate retinendi sunt
aut tres ex civitate exterminandi, Quodvis Exi-
lium his est optatius quam patria, quam domus, quam dii pe-

Dissolutum natres uno illo exulante, si fraterne, si pie cum
dolore faciunt, moveant te horum lacrime, moveat te
pietas, moveat germanitas. Valeat illa vox tua
que vicit, Te enim dicere audiebamus, nos omnes adver-
sarios putare, nisi qui nobiscum essent. Te omnes, qui

Articulus contra te non essent, tuos. Vides ne igitur hunc
splendorem, omnem hanc brocchorum domum, hunc L. Mar- illis vocat
cium, C. cesetium, L. corfidium, hosce omnes equites

Romanos, qui ad sunt veste mutata, non solu notos
tibi vero probatos viros tecum fuisse? Atque his
max. irascebamur, et nos requirebamus, et his nonulli
etiam minabantur. Conserva igitur tuis suos, ut que
admodum cetera que a te dicta sunt, sic hoc verissimum
reperiatur. Quod si penitus perspicere posses concordiam
ligariorum, omnes fratres tecum iudicares fuisse. An
potest quisquam dubitare quin si Q. ligarius in Italia esse
potuisset, in eadem sententia futurus fuerit in qua fratres
fuerunt? Quis est, qui horum consensum conspiratum
et pene conflatum in hac prope fraterna equalitate
non noverit? Quis hoc non sentiat, quid iis primo
futurum fuisse, quam ut hi fratres diversas sententias fortunas
que sequerentur. Voluntate igitur omnes tecum fuerunt, tempes-
tate abreptus est unus; qui si consilio id fecisset, esset
eorum similis, quos tu tamen salvos esse voluisti. Sed — dissidentur
ierit ad bellum, dissesserit, non a te solum vero, etiam
a fratribus. Hi te orant, tui equidem, cum omnibus tuis adhuc
necessariis, at (et etiam) ego memoria teneo qualis tamen
ictus ligarius questor urbanus fuit erga te, et dig-
tatem tuam. Sed parum est me hoc meminisse, spero etiam

Qui si consilio id fecisset. Et non doceat in arte Cicero deprecante quod debet si quando alius quam sit agitur, hoc ostendit quod
aliquid voluntate peccasset, scilicet eorum, quos tu tamen voluit salvos etc. Et non scilicet doceat deprecantem, inde
venia postulat, et allegare vel plura aut maiora officia quam maleficia videlicet constare beneficia aliquem fecisse ligario
fuisse facta, in cesarem allegat quos fratres, ut melius magis moveat animum cesaris deprecari, et dicunt nobilitatem quam
... pro ligario saepe in hac deprecatione commemorat. Ut facere debet et dicit, Cicero in arte, nos moveat
deprecantis ... illam a civibus viris aut ab aliis gentibus vituperationem suscipere posse. Illud quod deprecantur
gessisse ... Elegans locus illud, hoc tetat animum, cesarem non solum non posse exceptare, et hac venia ...
vituperatio aliquid ... gloriam et gratiam ... simulatum, et ... capitale ... in restitutione Marcelli
ut ... scripsisse queritur scilicet exhortatione.

[illegible] … alis [illegible]

te, qui oblivisci nil soles, nisi iniurias, quod hoc est animi
quod etiam ingenii tui te aliquid de huius questorio officio
cogitantem, etiam de aliis questoribus reminiscentem recor-
dari. Hic te Q. ligarius, qui tum nichil egit (neque enim
hoc divinabat) nisi ut tu eum studiosum, et bonum
virum iudicares, Nunc a te supplex, fratris salutem tibi
petit, quam huius hoc admonitus officio, cum utrisque his dederis
tres fratres optimos, et integerrimos, non solum sibi ipsos
neque his tot ac talibus viris, neque nobis necessariis, sed reipublice
condonaveris. Fac igitur, quod de homine nobilissimo ac
clarissimo M. marcello, fecisti nuper restituto in curia
Nunc idem in foro de optimis, et huic homini frequentie
probatissimis fratribus, ut concessisti illum senatui
sic da hunc populo. Cuius voluntatem carissimamque semper
habuisti Et si ille dies tibi gloriosissimus et r. p. gratis-
simus fuit Noli obsecro dubitare. Ce. similem illi
Sentencia Et enim gloria laudem quam sepissime querere Et enim nichil est tam
populare, quam bonitas. Nulla de virtutibus tuis plurimis
Homines Sentencia nec admirabilior, nec gratior misericordia est Homines enim
ad deos nulla re propius accedunt, quam salutem hominibus dando.

Sentencia Nichil enim habet nec fortuna tua maius, quam ut possis

[illegible]

[illegible]

net na melius, q ut velis, conservare quamplurimos longiorem oroz eam forsitan postulat: tua certe natura breviorem. Ego tum utilius arbitror te ipm q ut me, aut quemq, loqui tecu. Finem iam faciam. Tantu teipm admoneo, si illi absenti salutem dederis, presentibz his hominibus te daturum

Deiotarus rex amicissimus p. R. bello civili cu pompeio fuit. Et post pugna ~~[illegible]~~ pharsalica, se contulit domum, atz deinde C. Cesari bella gerenti subsidia administravit. Tunc ab ipso Cesare relictus rex fuit in regno suo, aliquantulum ab eo. Terra sua pompeiu in amicicia ptulissent rege suare pte mulctatus pro deiatarus petheneus philippum medicum suum, quem Roma cu legatis suis, miserat accusatus e Cesari. Et cu ipse Cesar diversatus in hospicio apud deiotharu in castello luceo cu rex interfice voluit. Collocatis pro armatis in loco ubi erat datus regia dona Cesari deinde itez ~~[illegible]~~ collocatis armis in balneo, ad que loca dare tempus, cu cesar ire recusasset, deinde ab accusatore, de volumtate deiothari, q sua fortuna cu fuatu. Tria accusatus est deiotarus ab eode. Primo fuisse sp adversus Cesarem suo impio, atz alieno, quod exercitu habuit ipm comparavisset. Et q nuncios ad Celiu quedam inimicum, Cesaris destinare voluisset. Et q equites, no bonos Cesari misisset. Et in his suum quedam indicatur, quod bello affricano audiens dominum passe naufragio Cesarem obsideri, versus gravatu dixisset. Et suscepte sunt, quod p illa leticia nudus obvius in quinus saltavisset. Et q blesamus legatus 2 amicus regis, regi scripsisset contra de Cesare. Has accusatores philippus ille medicus 2 servus fat. q Deiotare dominus suus et q Cito corruptus 2 suburbatus a Castore quodam adolescente, nepote Deiotari eius ex filia nato 2 avo suo infensissimo. Et quas accuoes 2 suspiciones Cico cora Cesare oroz hac habuit.

Cum in omnibus causis gravioribus, incipit exordium ubi quesitus est. Et cu huius ce duntaxat genus esse ut quia fecit turpis accusatus q accusati suit honestas, fit quodam modo in hac causa turpis accusatus, cu accusati honeste pugnaret. Unde reddit dominus hoc causam. Maxime opus fuit ut orator benivolentiam captet auditore. Ne quid tempus, q passus obesse captat cum benivolentiam Cesare a persona sua dicit, rem insolita inaudita, rege sit reus capitis. Et qui cum omnibus Cesarem sup ceteros magnificat. Cu aut in suo se periculo licet quam alii licet ceteris aliis modis, usq ad iij pte ubi captat benivolencia a persona deiotari. Cu cum pro dicit officia regis deiotari in re publica esse collata, eusq ob multa ia, assuetum audiri a cuncto senatu, et aliis modis usq ad iij locu ubi captat benivolentia a persona adversarioru adducens ipsos in odium, cu eorum crudelitate impunitate exprobrans commemorat. Et cu malicia corruptissimi, confidenciamq insidiosa, atqz suspicionem ~~[illegible]~~ invidia adducens cu dicit eos plus in Cesare ira et sua cu eo amicicia Cesis vite confide. Ita in contemptu adducens cu eos dicit eo valle, neqz ingenio neqz usu, in exercita te rege et cu sibi vilitate conditionis servilis, improperat. Et si quod exordium confert.

M. T. CICERONIS. PRO. REGE. DEIOTARO. ORATIO. INCIPIT

Cum in omnibus causis gravioribus
C. Cesar in initio dicendi commo-
veri soleam vehementius quam videtur
vel usus, vel etas mea postu-
lare, tum in hac causa, ita
me multa perturbant ut quantum
mea fides, studii michi afferat
ad salutem regis Deiotari defen-
dendam, tantum michi facultatis
timor detrahat. Primum
dico pro capite, fortunisque regis Deiotari, quod ipsum si non
iniquum est, in tuo duntaxat periculo, tamen est inusitatum
regem reum capitis esse ut ante hoc tempus non sit auditum
Deinde eum regem, quem ornare antea cuncto cum senatu
solebam pro perpetuis eius in nostram rempublicam meritis, nunc
contra atrocissimum crimen cogor defendere. Accedit ut accusa-
torum alterius crudelitate, alterius indignitate perturber. Crude-
lem Castorem, ne dicam sceleratum, et impium. qui nepos
avum in discrimen capitis adduxit. Adolescentieque sue
terrorem intulerit ei cuius senectutem tueri, et tegere de-
bebat. Commendationemque ineuntis etatis ab impietate

et a scelere duxit. Ac vi suo corruptum servus ad accusandum
dominum impulerit, et a legatorum pedibus abduxit. Fugitivi
autem dominum accusantis, et dominum absentem, et dominum ami-
cissimum nostre rei publice cum hos viderem, cum verba audiebam
non tam afflictam regiam condicionem dolebam, quam de for-
tunis communibus extimescebam. Nam cum more maiorum
de servo in dominum ne tormentis quidem queri liceat, in qua
questione dolor elicere veram vocem possit, et ab invito
exorsus est servus et quem in eculeo appellare non posset
eum accusaret solutus. Perturbat me C. Cesar etiam
illud interdum, quod tamen cum te penitus recognovi
timere desino. Re enim iniquum est, sed tua sapien-
tia fit equissimum. Nam dicere apud eum de facinore
contra cuius vitam factum insidiasse arguere si per se ipsum
consideres grave est. Nemo enim fere est qui sui periculi
iudex non sibi se equiorem quam reo prebeat. Sed tua
Cesar prestans singularisque natura hunc michi metum
minuit. Non enim tam timeo, quid tu de Rege Deio-
taro, quam intelligo, quid de ceteris velis iudicare. Moveor
etiam loci, vel vocis ipsius insolentia, quod tantam
causam quanta nulla umquam in disceptatione versata est.

alias fugitivos
candiphilos

alias defectos

accusantes

dissolutio Dico intra domesticos parietes · dico extra conventum et eam
frequentiam, in qua oratorum studia niti solent, in tuis
oculis · in tuo ore · vultuque acquiesco te unum intueor ·
ad te unum omnis spectat oratio · que michi ad spem obtinende
veritatis gravissima sunt · ad motum animi · et ad omnem
impetum dicendi · contentionemque leviora · / Hanc enim C.
Cesar · causam si in foro dicerem eodem audiente et disceptan-
te te · quantam michi alacritatem p. R. concursus afferret
· quis enim civis ei regi non faveret · cuius omnem etatem
in populi Romani bellis consumptam esse meminisset
dissolutio · Spectarem Curiam · Intuerer forum · celum denique
contestarer ipsum · Sic cum deorum mortalium · et p. R. et
senatus beneficia in rege Deiotero recordarer · nullo modo
michi deesse posset oratio · que quoniam angustiora parietes
faciunt · actioque maxime cause debilitatur loco · Tuum cesar
est · qui pro multis sepe dixisti · quid michi nunc animi
sit · ad te ipsum referre · quo facilius tum equitas tua
tum audiendi diligentia · minuat hanc perturbationem
meam · / Sed ante quam de accusatione ipsa dicam
· qui cum videantur · neque ingenio · neque usu · atque exerci-
tatione rerum valere · tamen ad hanc causam non sine

aliqua spe et cogitatione venerunt iratum te regi deiotario
fuisse non erant nescii Affectum illum quibusdam incom-
modis et detrimentis propter offensionem animi tui memi-
nerant teque tum huic iratum tum sibi amicum
fuisse cognoverant cumque apud te ipsum de tuo periculo
dicerent fore putabant Ut in exulcerato animo faci-
le fictum crimen insideret Quamobrem hoc nos primum
metu Cesar per fidem et constantiam et clementiam
tuam libera ne residere in te ullam partem iracundie
suspicemur per dexteram illam te oro quam regi deiotaro
hospes hospiti porrexisti Istam inquam dexteram — Conduplicatio
non tam in bellis quam in prelijs quam in promissis et
fide firmiorem Tu illius domum inire tu vetus hospitium
renovare voluisti Te eius dij penates acceperunt
Te amicum et placatum deiotari regis are focique vide-
runt Cum facile exorari Cesar tum semel exorari
soles Nemo umquam te placavit inimicus qui ullas
residuas in te simultatis reliquias senserit Quamquam
cui sunt inaudite cum deiotaro querele tue Numquam
tu illum accusavisti ut hostem sed ut amicum officio parum
functum quod propensior in pompei amicitiam fuisset
quam in tuam Cui tamen ipsi regi veniam te daturum fuisse

Quamquam orator premonens post narratione ad[illegible] defensione repetere [illegible] ipsa [illegible] separatim parte [illegible] per [illegible] ire [illegible] ab adversarijs sunt narrata Cumque de narratione ~~pertinet ad eius causam~~ pertinuit [illegible] confirmatio aut confutatio Narratio namque ut ait Cicero est rerum expositio rerum gestarum et quasi [illegible] ad utilitatem [illegible] narratio pertinet ad eas causas de quibus iudicium est futurum Et hec est [illegible] narratio [illegible] causa [illegible] causa [illegible] Alia est narratio que intercurrit [illegible] aut fidei aut [illegible] aut [illegible] aut laudationis causa Et quod [illegible] quod [illegible] Cesare apparet Et est divisa in duas partes [illegible] narrata causa quare deiotharus cum Pompeio fuit [illegible] fuit amicus Cesaris et a Cesare remunerat[illegible] [illegible] incipiat purgare [illegible] ibi [illegible] igitur non [illegible] a te periculo liberatus [illegible] [illegible] fundare Et est [illegible] ita narratio illustris et clara et artificiose composita [illegible] et dilucida et [illegible] artificiosa purgatione [illegible] ut apparet [illegible] attente consideranti

als si tamen

als [pro] liberalis

ducebat. Sed cum aut Pompeio vel si etiam filium misisset ipse etatis excusatione usus esset. Ita cum maximis eum rebus liberales vel pro quam infirmitatis culpam relinquebat. Itaque non solum in eum animadvertisti sed omni metu liberavisti. Hospitem agnovisti. Regem reliquisti. Neque enim ille odio tui progressus est. Sed errore communi lapsus est. Is rex quem senatus hoc nomine sepe honorificentissimis decretis appellavisset, quique illum ordinem ab adolescentia gravissimum sanctissimumque duxisset iisdem rebus est perturbatus homo longinquus in alienigena quibus nos in re publica media nati semperque versati. Cum audiret senatus consentientis auctoritate arma sumpta esse consulibus populi Romani, tribunis plebis, nobis imperatoribus rem publicam defendendam datam, movebatur animo et vir huic imperio amicissimus de salute populi Romani extimescebat: in qua etiam suam inclusam esse videbat. In summo tamen timore quiescendum ut sibi esse arbitrabatur. Maxime vero perturbatus est, ut audivit consules ex Italia profugisse. et omnes consulares sic enim ei hoc nuntiabatur: cunctum senatum, totam Italiam effusam. Talibus enim nuntiis et rumoribus patebat ad orientem via. Nulli veri nuntii subsequebantur. Nichil ille de condicionibus

Dissolutus

Vel desinis

Rex pater

tuis, nichil de studio concordie et pacis, Nichil de con-
spiratione audiebat ceterorum hominum contra dignitatem
tuam. Que cum ita essent, tamen usque eo se tenuit quo
ad a Cn. pompeio ad eum legati litereque venerunt
Ignoscite, ignoscite Cesar, si eius auctoritati rex deiotarus cessit — Caesar pluralis
quem nos omnes secuti sumus, in quem cum dij atque
homines omnia ornamenta congessissent, tum tu ipse
plurima et maxima. Nec enim si tue res geste ceterorum
laudibus obscuritatem attulerunt idcirco Cn. pompeij
memoriam amisimus. Quantum nomen illius fuerit
quante opes, quanta in omni genere bellorum gloria, quanti — Repetitio
honores populi Romani, quanti senatus, quanti tui, quis ignorat?
Tanto ille superiores vicerat gloria, quanto tu in omnibus
prestitisti. Itaque Cn. Pompeij bella, victorias, triumphos, — Articulus
vel mirantes
Consulatus admirantes admirabamur. Tuos enumerare — alias numerabamus
non possumus. Ad eum igitur rex deiotarus venit hoc
misero fatalique bello, quem antea iustis hostilibusque
bellis adiuverat, Quo cum erat non hospitio solum
verum et familiaritate coniunctus, et venit vel rogatus ut
amicus, vel accersitus ut socius, non ad insequendum
idest ad periculi non ad victorie societatem. Itaque phar-
salico facto a pompeio discessit, spem infinitam persequi — supplendum

voluit, idem vel officio, si quid debuat vel errori si quid
nesciebat, debuerat vel errori, si quid nesciebat satisfac-
tum esse duxit. Domum se contulit. Te alexandrinum
Repeti. bellum gerente utilitatibus tuis paruit. Ille exercitum
Cn. Domitii amplissimi viri suis tectis et copiis sus-
tentavit. Ille Ephesum ad eum, quem tu ex tuis tuis
fidelissimum omnibus delegisti pecuniam misit. Ille iterum
, ille tercio auctionibus factis pecuniam dedit: qua ad
bellum uteremini. Ille corpus suum periculo obiecit, tecumque
in acie contra pharnacem fuit: tuumque hostem esse duxit
suum. Que quidem a te in eam partem accepta sunt Cesar
ut eum amplissimo honore, et regis, et nomine affe-
ceris. Is igitur a te non modo periculo liberatus, sed etiam
honore amplissimo ornatus, arguitur te domi sue
voluisse interficere. Quod tu nisi eum furiosissimum
videas profecto non potes suspicari. Ut enim omittam Campa.
cuius tanti sceleris fuit in conspectu deorum penatium
Repeticio necare hospitem, cuius tanti sceleris fuit in conspectu
Hic ~~deorum penatium necare hospitem~~, cuius tante impor-
distinctio tunitatis omnium gentium, atque omnis memorie clarissimum
lumen extinguere, cuius tante ferocitatis victorem orbis
terrarum non extimescere, cuius tam inhumani et ingrati animi

Ut tu nisi eum fortissimus. Hic est confirmacio ubi cepit quia sua terra. Et durat usque ad istam partem, Cuius Castellani. Et arguit Cicero per [illegible] a vita, deiothari cuius ipsius integritate, et honestate vite, mores, [illegible] religionis et fide [illegible]. Arguitur per [illegible] a causa, cuius ante deiotarus [illegible] tanti sceleris [illegible] [illegible] omnium gentium [illegible] arma [illegible]. Et per [illegible] incommoda [illegible], [illegible] defensio, per [illegible] a [illegible] defensor negat [illegible] fuisse maleficii, aut illa extenuat [illegible] defensio per [illegible] a causa, cuius defensor et Cicero [illegible] non [illegible] fuisse deiothare, [illegible] vel [illegible] commoda, vel [illegible] incommoda, [illegible] fuisse [illegible] si fuisset vel cogitasset [illegible] deiothare [illegible] potuisse demonstrat cuius [illegible] perdiderat.

a quo rex appellatus in eum tirannus inveniri. Hoc omitto, cuius tanti furoris fuit, omnes reges, quorum multi erant finitimi, omnes socios, omnes liberos populos, omnes provintias, omnia denique omnium arma, contra se unum excitare, quo nam ille modo, cum regno, cum coniuge, cum clarissimo filio distractus esset, tanto scelere non modo perfecto sed etiam cogitato. At credo hec homo inconsultus, et temerarius non videbat. Quis consideratior illo, quis tectior, quis prudentior, quamquam hoc loco deiotarum non tam ingenio, et prudentia quam fide, et religione uite defendendum putem. Nota est tibi hominis probitas, C. Cesar, noti mores, nota constantia. Cui porro, qui modo p. R. nomen audiuit, deiotari integritas, gravitas virtus, fides non audita est. Quod igitur facinus, nec etiam in hominem imprudentem caderet, propter metum presentis exitii, nec in facinorosum, nisi esset idem amentissimus, id vos, et a uiro optimo, et ab homine minime stulto esse cogitatum confingitis. At qui non modo non credibiliter, sed ne suspitione quidem. Cum inquit in castellum lucerium venisses, et ad domum regis hospitis tui divertisses, locus erat quidam in quo erant ea composita quibus te rex munerare constituerat. Huc te e balneo

Repetitio

aliter illo

Repetitio

Dissolutio

aliter cui

Articulus

Cum inquit in castellum etc. Hic incipit confutatio, que pluribus [illegible] est [illegible] in coniecturali constitutione [illegible] [illegible] Cum dicit in [illegible] [illegible] inquit a [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] suo [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] ne omisse, Cum dicit id malefitium [illegible] potuisse per venenum et [illegible] modo non ex [illegible] Arguit et [illegible] a causa, ut hoc fecit in [illegible], Cum dicit si cum [illegible] interfecisset omnium fuisse. Ut te e statu [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] excitatus. ff.

nisi odium excitatum. Arguit itaque in hac parte [illegible] ... potuisse ... in veneficio esse ... [illegible]

prius quam accumbens, quod volebat. Erant enim armati, ut te interficerent, in eo ipso loco collocati. En crimen, en causa. Cur regem fugitivus dominus servus accusat? Ego me hercule Cesar initio, cum esset ad me ista causa delata, phillippum medicum servum regium, qui cum legatis missus esset, ab isto adolescente existimavi esse corruptum. Hac sum suspitione percussus, medicum iudicem subornavit. Finget nimirum aliquod crimen veneri. Etsi a veritate longe, tamen a consuetudine subornavit / criminandi non multum res abhorrebat. Quid ait medicus? Nichil de veneno ad id fieri potuit, primum occultius, in potatione vel in cibo. Deinde etiam impunius fit; quod et factum est, factum negari potest. Si palam te interemisset, omnium in se gentium non solum odia, sed etiam arma contraxisset. Si veneno, Iovis illius quidem hospitalis, numen celare potuisset, homines fortasse celavissent. Quod igitur et conari occultius et efficere cautius potuisset, id tibi et medico callido et servo ut putabat fideli non credidit. De armis, de ferro, de insidiis celare te noluit? At quam festive crimen contexitur. Tua te inquit eadem, que sepe fortuna servavit. Negavisti tum te inspicere velle. Quid postea?

Contrarium

Hic est [illegible] Notandum [illegible] ... [illegible]

Dm deiotar

An Deiotarus, rex illo tempore, non perfecta re continuo
dimisit exercitum? nullus erat alius insidiandi locus? At eo-
dem te cum cenavisses rediturum dixeras. Itaque fecisti. Horam
unam, aut duas, eodem loco armatos, ut collocati
fuerant, retinere magnum fuit. Cum in convivio comiter et
iocunde fuisses, tunc illuc ivisti, ut dixeras. Quo in loco
Deiotarum talem erga te cognovisti, qualis rex Attalus
in P. Affricanum fuit. Cui magnificentissima dona Exemplum
ut scriptum legimus usque a Numantia, misit ex Asia
que Affricanus inspectante exercitu accepit. Quod cum presens
Deiotarus, regio animo, et more fecisset, tu in cubiculum dis-
cessisti. Obsecro Cesar repete illius temporis memoriam dissolutum
pone ante oculos illum diem, voltus hominum te intuen-
tium, atque admirantium recordare. Num que trepidatio.
Num qui tumultus. Num quid nisi moderate, nisi quiete Repetitio
nisi ex hominis gravissimi, et sanctissimi disciplina?
Quid igitur cause excogitari potest? Cur te lautum voluit
cenatum voluit occidere. In posterum inquit diem distulit
ut cum in castellum Luceium ventum esset, ibi cogita-
ta perficeret. Non video causam loci mutandi. Sed
tamen acta res criminose est. Cum inquit vomere
te post cenam velle dixisses, in balneum te ducere ceperunt

Ibi enim erant insidie. Vt te eadem fortuna illa suauit in cubiculo ire malle dixisti. Dij te perdant fugitiue. Ita non modo nequam et improbus, sed etiam fatuus et amens es. Quid? ille signa enea in insidijs posuerat, que e balneo in cubiculum transire non possent? His crimina insidiarum. Nichil enim dixit amplius. Horum inquit eram conscius. Quid tu? ita demens ille erat ut eum quem conscium tanti sceleris haberet a se dimitteret? Romam etiam mitteret? Vbi etiam inimicissimum sciret esse nepotem suum et G. Cesarem cui fecerat insidias? presertim cum is vnus esset, qui posset de absente se vindicare? Et fratres meos inquit quod erant conscij in vincula coniecit. Cum igitur eos vinciret quos secum habebat, te solum Romam mittebat? qui eadem sciret que illos scire dicis. Reliqua pars accusationis duplex fuit. Vna regem semper in speculis fuisse, cum a te animo esset alieno. Altera exercitum eum contra te magnum comparasse. De exercitu breviter dicam. Vt cetera nunquam, eas copias rex deiotarus habuit, quibus inferre bellum populo romano posset. Sed quibus fines suos ab excursionibus et latrocinijs hostium tueretur. Et imperatoribus nostris auxilia mitteret. Vtque antea quidem maiores

De exercitu deiotari regis / Hic incipit confutatio prime reliquarum accusationis in duas partes partitarum. Et licet plura [illegible] quam in hac diuisione sint posita, tamen aduertendum est, quod diuisio est omnia que dicta sunt [illegible] complexa est. Vnde tunc pars [illegible] quod rex copias haberet, exercitum contra Cesarem, et istam plenam confutat ut vides. Alia pars diuisionis fuit in speculis semper fuisse regem cum esset animo a Cesare alieno. Et ista pars est valde generalis. Nam omnes ille accusationis particule, quas inferunt [illegible] vt missio nuntiorum ad Cecilium Bassum, missio maiorum equitum Cesari, consilium in aduersis Cesaris. Et scriptio epistole de Cesare ad regem propter Blesamium, sub ista parte generali de alieno animi in Cesarem continentur, quod voluit [illegible] hic particulis sit adducta probare parte in generali, quod semper rex in speculis fuerit cum fuit animo alieno a Cesare. [illegible] rogat cum [illegible] rege non fuisse animo alieno a Cesare, sed frequentissime in sua commoda, et [illegible] ad subsidia ministrauit. Et hec confutatio incipit ad eum locum. Nichil a me arbitror, ubi contineat et consultat [illegible] tacitam suspicionem, quod obesse posset in mente Cesari, ne Cesar contineat deiotarum sibi [illegible] ulterius sibi impositam a Cesare. Habet itaque suspicionem diluit et purgat cum eleganter ut vides subiuncta vna re [illegible] vbi [illegible] laboro [illegible] ad locum [illegible] defensionis cum misericordia Cesaris captatione nititur [illegible] accusatores calumpniatores et eum legati Regis velint sua culpa [illegible] ad tegendam accusatoris maliciam et [illegible] demonstrando.

copias alere potuit, nunc exiguas vix tueri potest. ¶
¶ At misit ad nescio quem Celium Sed eos quos misit
quod ire noluerunt in vincula coniecit Non quero quam verisi-
mile non sit, aut non habuisse regem, quos mitteret
Aut eos, qui missi essent non paruisse Aut quod
dictum audientes in tanta re non fuissent, eos victos
potius quam necatos. Sed tamen tu ad Celium mitte-
bat Utrum causam illam victam esse nesciebat?
An Celium istum magnum hominem putabat. quem profecto
rex is. qui optime nostros homines novit, vel quia nos-
set, vel quia non nosset contempneret. Addit etiam
illud, equites non optimos misisse. Credo Cesar
nichil ad tuum equitatum, Sed misit ex his. quos ha-
buit electos. Ait nescio quem ex eo numero servum iudicatum
¶ Non arbitror non audivi, Sed in eo etiam si dissolutum
accidisset, culpam regis nullam arbitrarer fuisse.
Alieno autem a te animo fuit, Quia speravit,
credo difficiles tibi allexandrie fore exitus propter
regionum naturam, et fluminis At eo tempore ipse pecu-
niam dedit. Exercitum aluit, Ei quem Asie prefeceras dissolutum
nulla in re defuit, tibi victori non solum ad hospitium

//tibi et filiu suu

sed ad preliu̅m etiaz atq̅ audaciaz p̅sto fuit Deniq̅ tu̅ e
bellum Affricanu̅ Graue de te Rumores sp̅si quida̅ia
furiosum illum Celiu̅ excitarunt. Quo cu̅ Rex ergu te
animo fuit, qui auctionatus sit se se q̅ spoliare maluit
q̅ tibi pecuniaz non sum ministrare Ut m̅q̅t tempe ipo
Nichiaz Ephesium q̅ mittebat, qui rumores Affrica
nos exciperet, et celeriter ad se referrent Itaq̅ tum
e̅ss̅ ei nuntiatu̅. domitiu̅ naufragio p̅isse, te in castello
circumsederi de domitio dix̅ u̅sus v̅sum, eadem sententia
qua et nos habem̅ latinaz. p̅eant amici, dum inimici
una intercidant, Quod si ille esset tibi inimicissimus
nunq̅ tamen dixiss̅. Item cu̅ mansuetus u̅sus inmanis
Quis autem domitio potat esse amicus, qui tibi ess̅
inimicus. Tibi porro inimicus cur est, a quo cu̅ int̅
fici belli lege potuiss̅, regem, et se et filiu̅ suu̅ con-
stitutos esse meminiss̅. Quid deinde furcifer. Quo
progreditur. ait hac letitia deiotaru̅ elatum vino se
obruisse, et in conuiuio nudum saltauisse. Que huic
fugitio pot, pot satis supplicij afferre. Deiotaru̅
saltantem quisq̅, aut ebriu̅ vidit unq̅. Om̅s sunt
in illo regis v̅tutes. Quod te Cesar ignorare non
arbitror. s̅ p̅cipue singularis et admiranda frugalitas.

litas. Etsi hoc verbo scio laudari reges non solere
. frugi hominem dici, non multum habet laudis in regem Nota regias laudes
, fortem, iustum, severum, gravem, magnanimum, largum, Articulus
beneficum, liberalem, Hee sunt regie laudes, illa privata
est. ut volet quisque accipiat. Ego enim frugalitatem
id est modestiam temperantiam virtutem maximam iudico.
Hec in illo est ab ineunte etate, cum a tota asya, cum
a magistratibus legatisque nostris, tum ab equitibus Romanis
qui in Asia negotiati sunt, conspecta, et cognita, multis
ille quidem gradibus officiorum erga rem publicam nostram ad
hoc regium nomen ascendit. Sed etiam quicquid a bellis
p. R. vacabat, cum omnibus nostris consuetudines, amici-
tias, res rationesque iungebat, Ut non solum te-
trarcha nobilis, sed optimus agricola, et diligentissimus
paterfamilias, et peculiaris habetur. Cum igitur adolescens
non tanta gloria preditus, nichil umquam nisi severissime
et gravissime fecit, is ea existimatione, atque etate saltavit.
Imitare Castor potius avi tui mores disciplinamque
quam optimo, et clarissimo viro fugitivi ore maledicere
. Et si saltatorem avum fugisses, nec virum unde pudoris pudi-
citieque exempla peterentur, tamen hoc maledictum minime
in illam etatem conveniret. Quibus ille studiis ab-

ineunte etate se imbucat, non saltandi, s bn, ut armis, optie, ut equis uteretur, ea tn illum cũcta iam exacta etate defecerant. Itaq cũ plures in equm deiotarum sus- tulissent, qd herere in eo senex posset, admirari solebamus. Hic vo adolescens, qui in Sicilia miles, in grecia comilito fuit, cũ in illo nro exercitu equitaret, cum suis delectis equitibus, quos vna cũ eo ad pompeium pr misat, quos cursus facere solebat, qz se iactare, qz ostentare, qz nemini in illa causa studio et cupi- ditate concedere. Cum vo exercitu amisso, ego qui pacis semp auctor, pharsalica, aut prelio suasor, armorum non deponendorum, s abitiendorum fui, hunc ad meam auctoritatem, non potui adducere, qd ipse ardebat studio ipius belli, et pri satisfatiendum esse arbitrabatur. Felix ista domus castoris, que non impunitate solum adepta sit, sed etiam accusandi licentiam, Calamitosus deio- tarus, qd ab eo, qui in castris fuit, non mo a peregrinis s etiam a suis accusaretur. Vos vra secunda fortuna Castor non potestis, sine ppinquorum calamitate esse contenti. Sint sane inimicitie, que esse non de- bebant. Rex enim deiotarus vram familiam deiec- tam, et obscuram e tenebris in lucem euocauit. Quis

Repetio

tum prem antea quis esset, q tui9 gene esse audiuit
Sed q̄uis iniqte et impie, natitatis nomen repudia-
uit, tu inimicitias hoim more gere potuit. no ficto
crime insectari, non expete vitam. non capit accersere · Repetit°
Esto concedant. Hec q̄ acbitas et odii magnitudo adeo
ne, ut oia uite, salut tois atq etiā huanitatis
iura violentur. Seruum sollicitare ubis. spe pmis-
sisq corrumpe. abduce. domum contra domum armare
hoc est non qpinq°, s omibz familijs nefarium bellū
indice Nam ista corruptela, servi si non modo im-
punita fuit, s etiam a tanta au.te qpbata, ulli parie-
tes, nram salutem, ulle leges, ulla iura custodiet
Ubi eni id, quod intus est, atq nrm, impune
euolare pot. 9traq nos pugnare. fit in dominatu
Exclamaci° servitus, in servitute dnatio. O tpa. O mores. Gn. domi- Contencio
Exemplar tius ille. quem nos pueri consulem, censorem ponti- Articulus
ficem, maxi.m vidim9, Cum tribun9 pl. M. Scaurum
pricipem ciuit. in iudicium populi vocauisset, servum Scau-
ri, quia eius clam domum venisset, et crimina in do.m
delaturum sese esse dixisset apphendi iussit. ad Scaurum
q deduci. Vide quid intersit. Et si inique Castorem
cum Domitio comparo. s tamen ille inimico servum remisit

Conten.o sententiarum

Tu ab avo abduxisti. Ille incorruptum audire noluit
Tu corrupisti. Ille adiutorem servum contra dominum repudi-
avit Tu etiam accusatorem adhibuisti. At semel ille
corruptus a vobis, nonne tum est perductus et tecum fuit
regis ad legatos. Nonne etiam adhuc Cn. Domi-
tium venit. Nonne audiente hoc Servio Sulpi-
tio, qui tum casu apud Domitium cenabat, et hoc Tito
Torquato optimo adolescente, se a te corruptum, tuis
promissis in fraudem impulsum se esse confessus est
Que est ista tam potens causa tam crudelis,
tam immoderata inhumanitas. Idcirco in hanc ur-
bem venisti. Ut orbis iura et exempla corrumperes domes-
ticaque tua immanitate nostre civitatis humanitatem inquina-
res, atque acute collecta crimina Blesamius inquit Eius
enim nomine viri optimi, nec tibi ignoti, maledicebat
tibi ad Regem inquit scribere solebat, te in invidia tirannum
existimari statua inter reges posita, animos hominum vehe-
menter offensos, plaudi tibi non solere. Nonne intel-
ligis Cesar ex urbanis malivolorum sermunculis hec ab
istis esse collecta. Blesamius tyrannum Cesarem scriberet
Multorum enim capita civium viderat. Multos iussu Cesaris

Articulus

vexatos, verberatos, necatos, afflictos, et eversas domos

demus. Armatis militibus refertum forum, que semper in
civili victoria sensimus. Ea te victore non vidimus
. Solus inquam es C. Cesar, cuius victoria sed ceciderat,
nemo nisi armatus. Et quem nos liberi, in summa ceciderit
p. Romani, libertate nati non modo, non tirannum
sed clementissimum in victoria ducem, is blesamio, qui
vivit in regno tirannus videri potest. Nam de statua
quis queritur una presertim cum tam multas videat. Valde
enim invidendum est eius statuis, cuius tropheis, non invi-
demus. Nam si locus affert invidiam, Nullus est ad
statuam, quidem Rostris clarior, De plausu aute
quid respondeam, qui nec desideratus unquam a te est. Et
nonnunquam obstupefactis omnibus, ipsa admiratione com-
pressus, et fortasse eo pretermissus, quia nichil volgare
te dignum videri potest. Nichil a me arbitror
pretermissum, sed aliquid ad extremam cause partem reser-
vatum. Id autem aliquid est, te ut plane reconci-
liet Deiotaro regi oratio mea. Non enim iam
metuo. Ut illi tu suscenseas. Illud vereor. Ne illum
tibi suscensere aliquid suspicere, quod abest longis-
sime. Michi crede Cesar. Quid enim retineat per te ille multatum
meminit, non quid amisit, nec se a te multandum

esse arbitratur, sed cum existimaret multis tibi multa esse
tribuenda, quo minus a se, qui in altera parte fuisset, ea
sumere non recusavit. Etenim si anthiocus magnus
Exemplum
ille rex Asie, qui postea quam a L. Scipione devicto
tauro tenus regnare iussus est, omnemque hanc Asiam
quam nunc nostri provinciam fecerunt amisissent, dicere
est solitus benigne sibi a populo Romano esse factum, quod nimis
magna procuratione liberatus modicis regni terminis
uteretur, potest multo facilius se deiotarus consolari. Ille
enim furoris multam subierat, hic erroris. Omnia
tu deiotaro Cesar tribuisti, cum et ipsi et filio nomen
regum concessisti. Hoc nomine retento atque servato,
nullum beneficium populi Romani nullum iudicium de se se-
natus imminutum putat. Magno animo et erecto
est nec umquam succumbet inimicis, nec fortune quidem.
Multa se arbitratur et peperisse antea factis, et
habere in animo atque virtutem, que nullo modo possit amittere.
Que enim fortuna, aut quis casus, aut etiam tanta iniu-
ria omnium imperatorum deiotario poterunt decreta delere.
Ab omnibus enim his ornatus est, qui postea quam in castris
esse potuit per etatem in Asia, Capadocia, ponto, Ci-
Articulus
licia, Siria bella gessit. Senatus vero iudicia de illo

tam multa, tamque honorifica, que publice populus Romanus litteris
monumentisque consignata sunt, que umquam vetustas obru-
et? Aut que tanta delebit oblivio? Quid de virtute
eius dicam, de magnitudine animi, gravitate consta-
tia: que omnes docti, atque sapientes, summa quedam
et sola bona esse dixerunt. Hisque non modo ad bene Articulus 
sed ad beate vivendum, contentam esse virtutem. Hec ille
reputans, et dies, et noctes cogitans non modo non
succenset, Esset enim non solum ingratus sed etiam
amens. Verum omnem tranquillitatem, et quietem se-
nectutis refert, acceptam clementie tue. Quo quidem
animo cum ante fuit, tamen non dubito quin tuis
litteris, quarum exemplum legi quas ad eum Tarracone huic Ble-
samio dedisti, magis etiam erexit ab omni sollici-
tudine. Iubes enim eum bene sperare, et bono esse
animo, quod scio te non frustra scribere solere. Me-
mini enim iisdem fere verbis ad me te scribere, meque
tuis litteris bene sperare, non frustra esse iussum. Labo-
ro equidem regis Deiotari causa. Quo cum michi
amicitiam respublica conciliavit, hospitium, voluntas
utriusque coniunxit familiaritatem consuetudo attulit
Summam vero necessitudinem, magna officia, et in me,

et in conspectu meo effecerunt. Sed cum de illo laboro, tum
de multis amplissimis viris, quibus semel ignotum a te esse
oportet, nec tuum beneficium in dubium vocari. Haerere in animis
omnium sollicitudinem sempiternam, non accidere, ut quisquam te timere
incipiat eorum, qui sunt semel a te liberati timore. Non
debeo C. Cesar, quod fieri solet, in tantis periculis temptare
quonam modo dicendo misericordiam tuam commovere possim. Nichil
est opus. Occurrere solet ipsa supplicibus, et calamitosis — sunt presto et fili
nullius oratione evocata. Propone tibi duos reges, et
id animo contemplare, quod oculis non potes. Dabis
profecto misericordie, quod iracundie denegasti. Multa sunt
monumenta clementie tue. Sed maxime eorum incolumitates
quibus salutem dedisti. Que si etiam in privatis glo-
riosa sunt, multomagis commemorabuntur in regibus. Semper enim
regium nomen in hac civitate sanctum fuit, sociorum vero
et amicorum sanctissimum. Quod hi ne amitterent, te
reges timuerunt victorem. Retentum vero, a te et con-
firmatum posteris etiam suis tradituros esse confidunt.
Corpora vero sua pro salute regum suorum hi legati regis
tibi tradunt. Hieras, et Blesamius, et Antigonus
tibi nobisque omnibus, iam diu noti, eademque fide et
virtute preditus Dorilaus, qui nuper cum Hiera legatus est

ad te missus. Cum regum amicissimi, tu tibi etiam ut spero probati. Ea querere de blesamno inquid ad rem tuam dignitatem. misericordia tua s[uffi]cit. Hieras quidem causam omnem suscepit, et criminibus illis pro rege se supponit rem memoriam tuam implorat. qua vales plurimum. Negat unquam a te in deiotari tetrarchia pedem discessisse. In primis finibus tibi se presto fuisse dicit. usque ad ultimos prosecutum. Cum e balneo exisses tecum fuisse. Cum illa munera inspexisse cenatus. Cum in cubiculo recubuisses. Eandemque assiduitatem se prebuisse postridie. Quamobrem, si quid eorum que obiecta sunt cogitatum sit non recusat, quin id facinus suum iudices. Quantum. G. Cesar velim existimes hodierno die sententiam tuam aut cum summo dedecore miseriam pestem importaturam esse regibus. aut incolumem famam cum salute. Quorum alterum optare illorum [accusatorum] crudelitatis est. Alterum conservare clementie tue.

(Desperatur) / alii misericordie

t. fili

Fuit de s[p]. drnd orc

Cicero contra C. Cesar

~~Cicero pro Ligario~~

Hic generalis artificiosus ... Et non quod Cicero orationem hanc integre cause concludit(?) gelusit. Nam ut ipse dicit in arte nova, quedam tristitie sunt quando confirmatur aut conquestione aut amplificatione aut commiseratione exigente materia. Hanc hic suppressit, sed commiserationem conclusit. Nam de Quintiani calamitatibus sententia Cesaris allata sunt aut quantum voluntatem, commoditatem quodam alterum aptae sit inferiore regis. Aliter sine clementie Cesaris cum arte si ... ab eis nobis facta sunt nisi causam obtinemus auditorem ad misericordiam commoveri sit elegantius, et conquestio ut ipse et ipse ait brevem esse oportet, quia nil arescit citius lacrima. Potest hanc brevissime posse dici quod epilogus, sed ... incipiet ab eo loco, Laboro equidem regis deiotari causa ... Ab isto enim loco ad finem intentus est ad animum commovendum, quod est proprium epilogis in quibus debent toti affectus effundi.

Sed de superiori oratione

Restat ut de argumentatione rhetoricali ... que quibus partibus constituta, sed per narrationem in confirmatione tractata de Cesaris ... est, exposita sunt brevissime, et particulares argumentationes supra cum auctoritate regis ... in fine coniuncta. Illa ... Ubi igitur non a te periculo liberatus, sed honore amplissimo ... sue iustitie voluisse, periculum ... est, propositio argumentationis que licet ... non velit, ... velit cuius oppositum ... per eam ... clare aut ... quod ... velit, quia vero eius falsitatem, et propositio sit posita vero in prima confirmatione, adducit dicens vero Et tu ... eum ... et hic eum ... Nam hanc brevi subtione quod intendit vere esse demonstrat, demonstrat sequens ... intendit Cicero non posse Cesarem cogitare, nisi ... optinet qui prudentissimus est. Ut enim ... scelere ... est confirmatio ... Nam pluribus ... quod ... in ... oppositum ... aliis ... fuisse dementia, id ... quod omnium ... regum, ut ... animos ... Que dementia in rege prudentissimo esse non potest ... Hic ... in hac ... rei honestande, et ... cause. Confirmata iam ... ut vides, ... causam ... de singulis regis ... constancia, atque honestate ... Hic est complexio, que ... colliges ... ut clare patet, et est ... ad ... Et ... periculo ... complexio argumentationis ... est ... epilogus sive conclusio ... conclusive tractaremus.

Gaius Quintius et Sextus Nevius, cives Romani, societatem inierunt ... quas in Gallia possidebant. ... stante illa societate, defuncti hereditas fuit venit ad Publium Quintium fratrem suum, qui Publius Quintius ... vide ... Nevio, a quo ... post ... quedam pecunia ... fraude fuit ... a Nevio. Nam ... pecunia litigarent, ... de communi voluntate vadimonia ... Et ... in Galliam. Nevius a pretore postulat ut sibi ex pretoris edicto bona Quintii possidere liceat, quod deseruisset vadimonium Quintius. Quod Nevius pretor ... Quintius ... in Gallia ... a fundo gallicano ... igitur Nevius bona Quintii ... et possidere ... XXX dies possidisset ... edicto. ... autem Nevium ... Hortensius et L. Philippus ... defendebat. Et quo Cicero ... Publio Quintio peroravit hac elegantissima oratione.

Hac in causa Nevius se ... fecisse quod in bonis Quintii fecerat asserebat ... Quintius ... in suma ... defendebat ... defensionem ... Nam ... deserti vadimonii ... quam causam ... Nevius ... non ... defensio ... Nisi ... in omnibus similibus causis ... constitutio iudicialis ... assumptiva ... defensio ... nisi aut per concessionem ... Nam non ... defensio dici potest aut per remotionem criminis, aut ... criminis, aut comparatione ... defensio ... ab oratoribus, adducitur ... constitutionem ... appellari ... Et ... deserti vadimonii ... cause sue ... defensio ... ita ... confessio ... sit, et assertio ... Nevius ... se in bona Quintii pretoris edicto immisisse et asseverat ... defensionis ... Quintius ... Manifestum ... ut ait Cicero ... sit ... ut in ... et ... sit.

M. T. CICERONIS · PRO · P · QUINTIO · ORO · INCIPIT · FELICITER ·



Que res in ciuitate due plurimum possunt. Hec contra nos ambe faciunt in hoc tempore summa gratia et eloquentia quarum alteram, C. Aquili vereor. Alteram metuo. eloquentiam, Q. Hortensii, ne me dicendo impediat, non nil commoueor gratiam Sexti Neuii ne P. Quintio noceat, id vero non mediocriter pertimesco. Nec hoc tanto opere querendum sit videtur hec summa in illis esse, si in nobis essent saltem mediocria. Verum ita se res habet ut ego qui neque usu satis et ingenio parum possum, cum patrono disertissimo compararer P. Quintius cui tenues opes, nulle facultates, exigue amicorum copie sunt, cum aduersario gratiosissimo contendat. Illud quoque nobis accidit incommodum, quod M. Iunius, qui hanc aliquotiens apud te egit, homo et in aliis causis exercitatus et in hac multum ac sepe versatus, hoc tempore abest noua legatione impeditus et ad me ventum est qui si summa haberem cetera, temporis quidem certe vix satis habui.

Hic incipit oratio [illegible] quod in dubio [illegible] est, primo enim beniuolentiam captat a persona aduersariorum [illegible] cum propterea [illegible] late commemorat tum ex parte eloquentie defensoris tum ex parte [illegible], et sua documenta [illegible] tum ex parte angustie temporis qua fit hortatus [illegible], quibus [illegible] ut [illegible] sua audiat. Meliori [illegible] iudices causas [illegible] vitiis debilitata [illegible] reretur, [illegible] sibi [illegible] iudicium beniuolentiam comparando, captat enim plenius a persona aduersariorum [illegible] cum appellat iudices [illegible] generale [illegible] fuisse [illegible] et [illegible] atque inopie [illegible] aduersarios esse [illegible] atque potius apud vos sua parte solitudinis copiam. Deinde beniuolentiam captat a persona iudicum cum [illegible] Quintii [illegible] C. Aquilio [illegible] iudici non sibi dubium eius fide atque [illegible], et reliquos iudices appellat electissimos [illegible], deinde a persona aduersariorum [illegible] beniuolentiam captat [illegible] Neuium [illegible] homines potentissimos et [illegible] [illegible] ut velit [illegible] iudiciis [illegible] Neuium [illegible], deinde captat [illegible] a persona Quintii sua incommoda [illegible] Quintio in eo [illegible] orator [illegible] loco et [illegible]. Et [illegible] incommodi [illegible] C. Aquilio [illegible] iudicibus, illius cause [illegible] malis [illegible] ad sua fide [illegible] ut agite equitate [illegible] in iudicio [illegible] patiantur [illegible] quid [illegible] captat [illegible] beniuolentiam ab [illegible] in [illegible] remansisse [illegible] maiori parte, ut videtur [illegible] in [illegible] aduersarios [illegible] est.

Ut rem tantam · tot controversiis · implicatam possim cog-
noscere · Ita quod michi consuevit in ceteris causis · esse
adiumento · id quod in hac causa deficiat · Nam quo minus
ingenio possum · subsidio michi diligentiam comparavi
: Que tanta sit · nisi tempus · et spatium datum sit intelligi
non potest · quo quo plura sunt C aquili eo te · et
eos · qui tibi in consilio sunt meliori mente nostra verba
audire oportebit · Ut multis incommodis veritatis debi-
litata · tandem equitate talium virorum recreetur · Et si
tu iudex nullo presidio fuisses · nichil deberi tecum vim · et gratiam
solitudini atque inopie · si apud hoc consilium · ex opibus
· non ex veritate · causa pendet · profecto nichil est tam
sanctum · atque sinterum · in civitate nichil est · quod humilitatem
cuiusque · summitas · et virtus iudicis consoletur · Certe
et apud te · et eos qui tibi assunt veritas valebit ·
Aut ex hoc loco · non expulsam · et gratiam · et locum
ubi res consistat reperire non poterit · Non eo dico
C · Aquili · quod michi veniat in dubium tua fides · et con-
stantia · aut quo non hiis · quos tibi advocasti · viris
electissimis civitatis · spem firmam habere · P · Quintius debeat
Quid ergo est · primum magnitudo periculi summo timore
hominem afficit quod uno iudicio · de fortunis omnibus decernit

cogitat Neque tum cogit, at mihi sepe ei venit in mente iuris
potestatis que equitatis tue, propterea, quod omnes quorum in alterius
manu vita posita est, sepius illud cogitant, quid pos-
sit is cuius in dicione ac potestate sint, quam quid debeat facere.
Deinde habet adversarium P. Quintius verbo sextum ne-
vium re vera huius etatis homines disertissimos, fortissimos
florentissimos nostre civitatis, qui communi studio summis Articulus
opibus sextum nevium defendunt, si id est defendere cupi-
ditati alterius obtemperare, quo is facilius quem velit
iniquo iudicio opprimere possit. Nam quid hoc iniquius
aut indignius, C. aquili dici, aut commemorari potest
quam me, qui caput alterius famam fortunasque defendam
priore loco causam dicere, cum presertim Q. hortensius alias quam
qui hoc iudicio partes accusatoris obtinet, contra me sit
dicturus, cui summam copiam facultatemque dandi alias dicendi
natura largita est. Ita fit, ut ego, qui tela depellere Translatio
et vulneribus mederi debeam, tum id facere cogar cum
etiam telum adversarius nullum legit, illis autem id tempus
impugnandi detur, cum et vitandi illorum impetus
potestas attendenda nobis erit, et si qua in re id, quod
parati sunt facere falsum crimen, quasi venenatum
aliquod telum legerint, medicine faciende locus

non erit / Id accidit propter iniquitate et iniuria primum quod con
om consuetudine iudicium prius de probro quam de re ma-
luit fieri. Deinde quod ita constituit id ipsum iudicium ut reus
antequam ullum accusatoris audisset causam dicere cogetur
quod eorum gratia et pacia factum est qui quasi sua res
aut honos agatur ita diligenter sexti nevii studio et
cupiditati morem gerunt et eius mihi rebus opes suas
experiuntur in quibus quo plus propter virtutem nobilita-
temque possunt eo minus quam possint debent ostendere.
Cum tot tantisque difficultatibus affectus atque afflictus
in tuam C. aquili fidem veritatem misericordiam p.
quintius confugit. Cum adhuc enim propter vim adversari-
orum non ius par non agendi potestas eadem non ma-
gistratus equus reperiri potuit cum ei summam per iniuriam
omnia inimica atque infesta fuerint Te C. aquili vosque
qui in consilio adestis orat ut agitatam equitatem
in hoc tandem loco consistere et confirmari patiamini
/ Id quo facilius facere possitis elabo operam Vt a principio
res quemadmodum gesta et contracta sit cognoscatis

/ C. quintius fuit p. quintii frater sane ceterarum rerum prefa-
milias et prudens et attentus una re paulominus
consideratus qui societatem cum sexto nevio fecerit
viro bono verumtamen non ita instituto ut iura

Margin notes:

alias debent

Articulus repetitus

/ C. quintius / hic narratio ... [illegible]

societatis. Ut officia certi patrisfamilias nosse posset. Non quo ei deesset ingenium. Namque neque parum facetus scurra Nevius neque inhumanus preco umquam est existimatus. Quid ergo est? Cum ei natura nichil melius quam vocem dedisset, pater nichil preter libertatem reliquisset, vocem in questu contulit, libertate usus est, impunius dicax esset. Quare quid socium tibi eum velles adiungere? Nichil erat, nisi in tua pecunia condisceret qui pecunie fructus esset. Tamen inductus consuetudine ac familiaritate Quintius fecit, ut dixi, societatem earum rerum que in gallia comparabantur. Erat ei pecuaria res ampla et rustica sane bene culta et fructuosa. Tollitur ab atriis liciniis atque a preconum consessu in galliam Nevius et trans alpes usque transfertur. Fit magna mutatio loci, non ingenii. Nam qui ab adolescentulo questum sibi instituisset sine impendio, postea quam nescit quid impendit et in commune contulit, mediocri questu contentus esse non poterat. Nec mirum si is qui vocem venalem habuerat, ea que voce quesierat, magno sibi questui fore putabat. Itaque hercule aut mediocriter de communi quod quisque poterat ad se in privatam domum se vocabat. Qua in re ita

al. nosse posset

al. pater nichil

dissolutum

Lautock

diligens erat, qui hi qui magna fide societatem gerent arbitrio pro socio, condempnari solent. Verum his de rebus non necesse habeo dicere, ea que me P. quintius cupit commemorare, tametsi causa postulat, non flagitat praeteribo. Cum annos iam complures, societas esset et cum saepe suspectus quintio Nevius fuisset, nec iam commode posset rationem reddere earum rerum quas libidine non ratione gesserat moritur in gallia Quintus cum adesset Nevius et moritur repentine. Heredem testamento reliquit hunc P. quintium, ut ad quem summus meror sua veniebat, ad eundem summus honos perveniret. quo mortuo, nec ita multo post in galliam proficiscitur quintius, ibi cum isto Nevio familiariter vivit. Annum fere una sunt, cum et de societate multa inter se communicarent, Et de tota illa ratione, atque re gallicana, nec interea verbum ullum interponit Nevius, Aut societatem sibi quippiam debere, aut privatim quintium debuisse, cum eris alieni aliquantum esset relictum. Cuibus nominibus pecunia Rome curam oportet, auctore in gallia, P. P. hic quintius narbone se facturum esse proscribit. Earum rerum, quae ipsius erant privatae ibi tum vir optimus Sextus Nevius hominem multis verbis deterret, ne auctionetur, eum non ita commode posse

p mutatio

eo tempe quo pscripsisset vende, Rome si numoꝝ
facultatem esse, qȝ si sapet vez existimaet, ꝓ sua
illa necessitudine, et ꝓ ipius affinitate. Nam P. quīti
consobrinam habet in mrimonio Neuius. et ex ea
liberos. quia quod vire boni face oportebat id le-
quā Neuius accedebat Quintius cum qui eoꝝ honore īmi-
tateretur, sed qȝ īmittature auctor velle face desistit.
Romam proficiscitur. decidit ex gallia Romam sil
Neuius cu pecunia, G. quintius P. scapulo debuisset dissolutum
pte G. aquili decidit P. quintius, qȝ liberi eius dissol-
ueit h' eo pte cogebatur, qȝ ꝓpter erariam ratione
non satis erat in tabulis inspexisse quid debetur, nisi
ad castore templu quesiss quid soluetur, decidis, statu-
isqȝ tu, ꝓpter necessitudine que tibi cum scapulis est
eum his ad denariu soluetur. Hec omnia quintius age-
bat, autore et consuasore Neuio, ne mire si eius
utebatur consilio cuius auxilium sibi patu putabat. No
modo enim pollicitus erat in gallia, sed rome quoti- dissolutum
die, simul, atqȝ sibi hic annuiss nuc iratu se dicebat
. Quintius porro istum posse face videbat debe intel-
ligebat metiri. quia causa cum mentietur no erat
Non putabat quid animi habet, ita constituit scapulis se ꝓmutaro

daturum, neminem deteriorem facit. Rogat, ut curet quod dixisset
tum iste vir optimus vir. Vereor, ne se derideri putet,
quod iterum iam dico optimus, qui hunc in summas angus-
tias inductum putaret. Ut eum suis condicionibus in ipso
articulo temporis astringeret, assem sese negat daturum, nisi
prius de rebus rationibusque societatis omnibus decidisset et
scisset sibi cum Quinctio controversie nichil futurum. Posterius
inquit ista videbimus Quinctius, nunc velim cures
si tibi videtur quod dixisti. Negat se alia ratione facturum
quod promisisset. Destitutione illa perculsus Quinctius, a Scapu-
lis paucos dies aufert, in Galliam mittit. Ut ea que
proscripserat venirent. Deteriore tempore absens auctionatur.
Scapulis difficiliore condicione dissolvit. Tum appellat
ultro Nevium. Ut quoniam suspicaretur aliquid de re fore controver-
siam, ut quam primum, et quam minima cum molestia res transigeretur
tota. Dat iste amicum M. Trebellium, nos communem necessa-
rium, qui istius domi erat, eductus, et quo utebatur iste
plurimum, propinquum meum Sextum Alpheum. Res nullo modo
poterat, propterea, quod hic mediocrem iacturam facere cupi-
ebat, iste mediocri preda contentus non erat. Itaque
ex eo tempore res esse in vadimonium cepit. Cum vadimo-
nia sepe dilata essent. Et cum aliquantum temporis in ea re

alr prius
non plus sua referre quam si cum auctionem venderet domini iussu quippiam promisisset, destitutione ...

esset conscriptum, neque quicquam factum esset, venit ad vadimonium Naevius, haec sequere Cn. Aquili, vosque qui adestis in consilio ut diligenter attendatis, ut singulare genus fraudis et novam rationem insidiarum cognoscere possitis. Ait se auctionatum esse in Gallia quod sibi videtur se vendidisse curasse, ne quid sibi societas debeat, se iam neque vadari amplius neque vadimonium promittere, sed quid agere velit secum Quinctius non recusare. Hic cum rem Gallicanam cupet revisere hominem in praesentia non vadatur, ita sine vadimonio discedit. Deinde Romae dies triginta fere, Quinctius commoratur, cum ceteris quae habebat vadimonia differt, ut expeditus in Galliam proficisci possit. Proficiscitur. Romae egreditur ante diem quartum kalendas februarias. Quinctius Scipione, et Norbano Consulibus, quaeso ut eum diem memoriae mandetis. L. Albius Sextus, filius Quirinas vir bonus, et cum primis honestus bonus una profectus est. Cum venissent ad Vada Volaterrana, quae nominatur, videtur perfamiliarem Naevii, qui ex Gallia pueros venales isti adducebat L. Publicius, qui ut Romam venit narrat Naevio, quo in loco viderit Quinctium, quod nisi ex Publicio
pueros cum amicos dimittit ipse suos necessarios vocat

Scilicet ab atriis veniunt frequentes Licinii et a faucibus
Macelli. conveniunt ut ad tabulam Sextii sibi assint hora
secunda postridie. veniunt frequentes. testificantur istum P.
Quintium non stetisse. tabule maxime signis hominum nobilium
Dissolutum — consignantur disceditur. Postulat ab arieno P. Sexto
Nevius ut ex edicto bona possidere liceat. iussit bona proscri-
bi eius. qui cum familiaritas fuerat, societas erat, affi-
nitas liberis istius vivus divelli nullo modo poterat. Qua
NULLUM — ex re intelligi facile potuit nullum esse officium tam sanctum
pro dig. Avaricia Articulus — atque solempne. quod non avaritia comminuere ac vio-
lare soleat. Et enim si veritate amicitia, fide societas
~~Dissolutum Articulus~~ — pietate propinquitas colitur. necesse est iste, qui amicum
socium affinem, fama atque fortunis spoliare conatus est
vanum se et perfidiosum et impium esse fateatur. libellos
Dissolutum — Sexti Alphenus procurator P. Quintii familiaris et
propinquus Sexti Nevii deicit servulum unum quem iste
prenderat abducit denuntiat sese procuratorem esse
istum equum esse fame, fortunisque P. Quintii consulere et
adventum eius expectare. Quod si facere nolit atque inhi-
buit eiusmodi rationibus, illum ad suas conditiones
producere sese nisi precari. Et si quid agere velit iudicio
Articulus — defendere. Hec dum Rome geruntur. Quintius interea

contra ius, consuetudinem, edicta praetorum de saltu agroque
communi, a servis communibus vi detruditur. Existima C. aquili
id modo et racione omnia Rome Nevium fecisse. Si hoc
quod per litteras ipsius in gallia gestum est, racione atque
ordine factum videtur, expulsus atque eiectus e praedio,
Quintius, accepta insigni iniuria, Confugit ad C. flac-
cum imp, cui tum erat in provintia, quem ut ipsius dig-
nitas poscit honoris gratia nomino. Is eam rem, quam vehe-
menter iudicandam putarit, ex decreto eius poteris cognos-
cere. Alphenus interea Rome cum isto gladiatore vetulo
cotidie pugnabat. Utebatur populo sane suo, propterea quod
iste caput petere non desinebat. Iste postulabat ut procura-
tor iudicatum solvi satisdaret. quod reus satisdare non
debet, si ipse adesset. Appellantur tribuni, a quibus cum esset
certum auxilium petitum, ita tum disceditur, ut idibus
septembribus P. Quintium sisti, sextum alphenus promittet.
Venit Romam Quintius, vadimonium sistit, iste homo ac- dissolutus
cerrimus, bonorum possessor, expulsor, ereptor, annum et sex dissolutus
menses nihil petit, quiescit, condicionibus hunc quo ad
potest producit, a Cneo Dolabella denique praetore postu-
lat, ut sibi Quintius iudicatum solvi satisdet, ex for-
mula, quod ab eo petit, cum eius ex edicto P. R. una dies



triginta possessa sint. Non recusabat Quintius, quin ita
satisdare iuberet, si bona possessa essent ex edicto. decernit
quam equum, nihil dico, unum hoc dico novum, et hoc ipsum tacu-
isse mallem, quoniam utrumque quivis intelligere potuisset. iubet Significatio per abscisionem
P. Quintium sponsionem, Sex. Nevio facere, si bona sua ex
edicto P. Burrenii, praetoris dies triginta possessa non Dissolutum
essent. Recusabant qui aderant, tum Quintio demonstra-
bant de re iudicium fieri oportere ut aut uterque inter se
aut neuter satisdaret, non necesse esse famam alterius in iu-
dicium venire. Clamabat porro ipse Quintius sese idcirco
nolle satisdare, ne videretur iudicasse bona sua ex edic-
to possessa esse, sponsionem porro, si istiusmodi faceret
si id quod nunc evenit suo priore loco causam esse dicturum.
Dolobella quemadmodum solent homines nobiles, seu recte
seu perperam facere ceperunt, ita in utroque excedunt. Nemo
nostro loco natus assequi. posset iniuriam facere fortissime
perseverat, aut satisdaret, aut sponsionem iubet facere, et inter
ea recusantes nostros advocatos acerrime summoveri, et tur-
batus sane discedit, Quintius, neque mirum, cui hec optio tam
misera, tamque iniqua daretur, ut aut ipse se capitis
dampnaret, si satisdedisset, aut causam capitis, si spon-
sionem fecisset, priore loco diceret, cum in altera re cause.

nichil esset, quod secius iudicaret ipse de re, quod iudicium
integerrimum est. In alium spes esset, ad talem tamen talem virum
iudicem veniendi, unde eo plus opis auferret, quo minus
attulisset. Ergo sponsionem facere maluit. Fecit te iudicem
C. Aquili, non de re pecuniaria, sed de fama, fortunis
P. Quintii. Vides tu maiores ista constituerunt, ut qui
pro capite diceret, nos inaudita criminatione accusatorem priore
loco causam dicere intelligitis. Eos porro, qui defendere
consueverunt, vides accedere, et ea ingenia converti ad perniciem
que antea versabantur in salute atque auxilio ferendo. Illud
etiam restat, quod hesterno die fecerunt: ut te in ius addu-
cerent, ut nobis tempus quam diu diceremus prestitueres, quam
rem facile a pretore impetrari spero, nisi tu, quod esset
tuum ius, et officium, docuisses. Neque nobis adhuc
preter te quisquam fuit, ubi nostrum ius contra illos obtineremus
neque illis umquam fuit satis illud optinere, quod probari omnibus
posset, ita sine iniuria potentiam levem atque inopem esse
arbitrantur. Verum quoniam tibi instat Hortensius, ut eas
in consilium, a me postulat, ne dicendo tempus absumam,
queritur priore patrono causam defendente numquam pero-
rari potuisse. Nam patiar istam manere suspitionem
nos rem iudicari nolle. Neque illud michi arrogabo

(margin:) al. [struck through] veniendi / dissolutus

(margin:) al. consumam

Verum quoniam tibi [illegible] et Cicero [illegible] quia [illegible] ex parte [illegible] et aliis [illegible] causam [illegible] possidere [illegible] a pretore [illegible] postularet ut bona [illegible] possideret [illegible] peroratum [illegible] possedisse [illegible] tota [illegible] et [illegible] appellationem [illegible] et [illegible] causam [illegible] pretor [illegible] dicendo [illegible] quattuor [illegible] ut ait [illegible] Nam si [illegible] auditore [illegible] causa ut ei ait [illegible] in sua rethorica [illegible] talis [illegible] pretorem [illegible] ipsa pretoris [illegible] iudicis [illegible] fugiendo [illegible] ut [illegible] causam [illegible] postularet [illegible] edicto possidere potuisse. Neque possedisse [illegible] et arte [illegible] ut vides. Et ut ait [illegible] dicendo [illegible] esse.

me posse causam commodius demonstrare quam antea demo-
strata sit, neque tu tam verba multa faciam, propterea quod et ab
illo, qui tum dixit, iam informata causa est, et a me
qui neque excogitare, neque pronunciare multa possum, brevi-
tas postulatur, que michi metipsa amicissima est, fa-
ciam quod te sepe animadverti Hortensi, totam cause mee
dictionem certas in partes dividam, Tu id semper facis, quia potes
Ego in hac causa faciam propterea. quod in hac videor
posse facere. quod tibi natura dat, ut semper possis id
michi causa concedit, ut hodie possim, Certos michi
fines, et terminos quos constituam, extra quos egredi non possim
si maxime velim. Ut et michi sit propositum de quo dicam
et Hortensius habeat exposita, ad que respondeat Et
tu C. Aquili. iam ante animo prospicere possis, quibus
de rebus auditurus sis. Negamus te bona P. Quintii, Sexte
Nevi possedisse ex edicto pretoris. in eo sponsio facta
est, Ostendam primum causam non fuisse, cur a pretore pos-
tulares, ut bona P. Quintii possideres, deinde ex edicto
te possidere non potuisse, Postremo non possedisse
Queso C. Aquili vosque qui estis in consilio, ut quod
pollicitus sum diligenter memorie mandetis. Etenim
rem facilius totam accipietis, si hec memineritis

et me facile vestra existimatione revocabitis, si extra hos cancellos egredi conabor, quos michi ipse circumdedi. Nego fuisse causam cur postularet. Nego ex edicto possideri potuisse. Nego possedisse. Hec tria cum docuero peroraro. Non fuit causa cur postularet. Qui intelligi potest? quia Sexto Nevio neque ex societatis ratione neque privatim quicquam debuit Quintius. Quis huius rei testis est? Idem qui acerrimus adversarius. In hac re te, Nevi, testem citabo. Annum et eo diutius post mortem C. Quintii fuit in Gallia tecum simul Quintius. Doce te petisse ab eo istam nescio quam innumerabilem pecuniam. Doce aliquando mentionem fecisse, dixisse deberi. Debuisse concedam. Moritur C. Quintius, qui tibi, ut ais, certis nominibus grandem pecuniam debuit. Heres eius P. Quintius in Galliam ad te ipsum venit in agrum communem, eo denique, ubi non modo res erat, sed ratio quoque omnis et omnes littere. Quis tam dissolutus in re familiari fuisset, quis enim tam negligens, quis tam tui, Sexte, dissimilis, qui cum res ab eo quicum contraxisset recessisset et ad heredem pervenisset, non heredem, cum primum vidisset, certiorem faceret, appellaret, rationem afferret, si quid in controversiam veniret, aut intra parietes, aut summo iure experiretur? Ita ne est?

Repetitio

Ratiocinatio

Repetitio

Dissolutum

Non fuit causa | Hec est confirmatio contra eius confutationem. Videlicet ut hic patet, eleganter tractatur per locos sive questiones, videlicet prudentius absolute, quod cum prius [illegible] proposuit, videlicet non fuisse causam cur Nevius postularet, arguit et demonstrat per locum a causa, cum causam non fuisse, illam que debitum non fuisset. Debitum vero non fuisse sive consequenter demonstrat per quotlibet locos ut hic effigie [illegible] in hac parte incidit, quotiens in qua [illegible] argumentatione. Ostendit per locum ab [illegible] demonstrans non debuisse Quintium Nevio qui cum ulla petendi occasione non fecit nec ullius unquam debiti mentionem fecit. Et quod hoc a Nevio [illegible] nil dici potuisset, multa [illegible] confutat. Deinde ad aliud [illegible] et subito per Hortensium postulans ut de re pecuniaria iudicium [illegible], sub periculo fortunarum. Confutat id quod Nevius dicere videbatur: hic sic. Nevius inquit absente satis accipiebam. Et confutat per locum a bono et equo cum satisdationem [illegible] inviti et iniqua cum non satis det [illegible] Nevius [illegible] non interrogaret de [illegible] Quintius tandem [illegible] sua tam equa [illegible] Quintius hic statuit ut equum fecit in Quintium, iniquum esse in Nevium. Deinde iterum ad probandum non fuisse causam cur postularet quia non fuit debitum, et hic multa arguit ratione.

: quod viri optimi faciunt, si qui suos propinquos ac necessarios caros, et honestos esse, haberi volunt, id sextus nevius non facit, qui usque adeo fervet, efferturque avaritia: ut de suis commodis aliquam partem noluit omittere, neque partem huic propinquo suo ullius ornamenti relinquat: Et id pecuniam, si qua debetur non petet, cui quia, quod debitum nunquam est, id datum non est, non pecuniam modo, verum etiam hominis propinqui, sanguinem vitam que eripere conatur. Hunc tu molestus esse videlicet voluisti: quem nunc respirare libere non sinis: quem nunc mo-lestare. Nefarie cupis, cum tum prudentem appellare nollebas Ita credo hominem propinquum tui observantem virum, bonum prudentem, maiorem natu, nolebas, aut non audebas appellare, sepe ut fit cum ipse te confirmasses cum statuisses mentem de pecunia facere, cum paratus, meditatusque venisses cum statuisses mentem de pecunia facere, cum paratus meditatusque venisses, homo timidus virginali verecundia subito ipse te retinebas. Credebat repente oro cum cupres appellare non audebas: ne invitus audiret: videat profecto. Credamus hoc sextum Nevium, cuius caput oppugnet eius auribus precepisse, si debuisset, sexte petisses, sed statim petisses, sed non statim paulo quidem post, si non paulo

et alium, sex quidem illis mensibus profecto anno vertente
sine controversia anno, et sex mensibus vero. cum tibi coti-
die potestas hominis fuisset admonendi verbum nullum facis
biennio iam confecto fere appellas. Quis tam perditus
ac profusus nepos, non adesa iam pecunia, sed abundanti
etiam pecunia, sic dissolutus fuisset, ut fuit Sextus Nevius
? Cum hominem nomino, satis michi videor dixisse debuit   Dispositio per ambiguum
tibi. C. quintius numquam petisti, mortuus est ille. Res ad
heredem venit. Cum eum cotidie videres, post biennium
denique appellas, dubitabitur, utrum sit probabilius Sextum
nevium statim, si quid deberetur, petiturum fuisse, an ne
appellaturum quidem biennio. appellandi tempus non erat.
at tecum plus ~~anno~~ anni vixit in gallia agi non potuit   Subiecto
At et in provincia ius dicebatur, et Rome iudicia fi-
ebant. Restat ut aut summa negligentia, tibi obstiterit
aut unica liberalitas. Si negligentiam dices mirabimur   Divisio
hoies si bonitatem ridebimus. Neque preterea, quid possis
dicere invenio. Satis est argumentandi, nichil esse debi-
tum nevio, quod tam diu nichil petivit, Quid si hoc ipsum
quod nunc facio ostendo testimonio, esse nichil deberi.
Quid enim nunc ait Sextus nevius. Qua de re controversia est

? Quid est hoc iudicium, in quo iam biennium versamur
? quid negotii geritur, in quo ille tot et tales viros
defatigatur? pecuniam petit, nunc denique. Verumtamen petat
Audiamus tamen de rationibus et controversiis societatis vult
diiudicari sero verum aliquando tamen concedamus, non inquit
id ago, C. aquili, neque in eo nunc laboro, pecunia mea tot
annos utitur P. quintius. utatur sane, non peto quid pug-
nas? an quod sepe multis in locis dixisti, ne in civitate sit
Ne locum suum quem adhuc honestissime defendit ob-
al's decedat tineat? Ne numeretur inter vivos, decernat de vita et
ornamentis suis omnibus, apud iudices causam priore loco
dicat. et eam cum orarit, tum denique vocem accusatoris
hbe audiat, quid hoc? quo pertinet, ut ocius ad tuum pervenias
At si id velles, iam pridem actum esse poterat, ut hones-
tiore iudicio conflictere. At sine summo scelere P. quintium
propinquum tuum iugulare non potes, ut facilius iudicium
sit atque neque C. aquilius de capite alterius libenter iudi-
cat, et Q. hortensius contra caput non didicit dicere, quid a
nobis autem C. aquili refertur? pecuniam petit Ne-
gamus deberi iudicium, fiat statim, non recusamus, ut
quid praeterea? si veretur, ut res iudicio facto parata sit,

iudicatum solui, satis accipiet, isdem ipse, quod peto sa-
tisdet. Vt tum iam pot esse G. aquili, iam tu potes
liberatus discede. Molestia ipse dicaz non minore quam
quintius. Quid agimus hortensi? Quid de hac conditione
dicimus. Possumus aliquando depositis armis, sine periculo
fortunarum, de re pecuniaria disceptare. possumus ita rem
nostram persequi, ut hominis propinqui, caput incolumum esse
patiamur. possumus petitoris personam capere accusatoris deponere.
ymo inquit abs te satis accipiam. Ego autem tibi satis
non dabo. Quis tandem nobis ista iura non equa descri-
bit? Quis hoc statuit? Quid equi sit in quintium, id esse
iniquum in neuium? Quintii bona inquit ex edicto pretoris
possessa sunt. Ergo id, ut confitear postulabas, Vt quod
numquam factum esse iudicio defendimus, id proinde, quasi factum
sit nostro iudicio confirmemus. inueniri non G. aquili non pt
vt ad suum quisque quam primum sine cuiusque dedecore infamia
pernicieque perueniat? profecto si quid deberetur, peteret non
omnia iudicio fieri mallet, quam unum illud unde hec omnia
iudicia nascuntur. qui inter tot annos ne appellauit Repeti°
quidem quintium, cum potestas esset agendi cotidie. qui quo
tempore primum male agere cepit, in vadimoniis defendendis

tempus omne consumpsit, qui postea vadimonium quam missum
fecerit, huic per insidias de agro, eum deiecit, qui cum de re
agendi nullo recusante potestas fuisset, sponsione de pro-
bro facere maluit, qui cum revocetur, ad id iudicium, unde
nata sunt haec omnia quodque equissimum repudiet. fatea-
tur se non pecuniam, sed vitam et sanguinem petere. Is non haec
palam dicat michi, si quid debes, peterem. Utique abeo iam
pridem abstulissem, nichil hoc tanto negotio, nichil tam
invidioso, nec tam advocatione copiosa uteretur, si pe-
Repetitio
tendum esset, extorquendum est invito atque ingratis, quod
non debetur eripiendum atque exprimendum est, de fortunis omnibus
|| alias disserti
P. Quinctius deturpandus est, potentes disserti, nobiles
omnes advocati sunt, adhibenda est vis veritati quominus
Dissolutio
loquantur, pericula intendantur. formidines opponantur
ut his rebus aliquando victus et perterritus, ipse sedeat, quod me fateor
omnia, cum qui contra pugnet video et cum illum consessum
considero, adesse ad impendere videntur ut vitari ullo modo
posse. Cum autem ad te C. Aquili oculos animumque retuli
quo maiore eo natu studioque aguntur, eo leviora infir-
mioraque extimo. Nichil igitur debuit ut tu ipse predicas.
Quid si debuisset continuo ne causa fuisset ne tu a pretore
postulares, ut bona possideres. Non opinor id quidem

Quid si debuisset: Prima dispositio partis confirmata [illegible] post causam dispositionis, ea, scilicet non fuisse causam cur Nevius postularet ut bona Quintii possideret, confirmatur per locos [illegible] [illegible] ca [illegible] iudicialis ab [illegible]. Nam, dato, et concesso, quod debuisset [illegible] Nevio. At quod ut Nevius asserebat desertum [illegible] fuisset vadimonium, arguit [illegible] non fuisse causam ut Nevius postularet [illegible]. Et arguit quod elegantissime et latissime per locum a [illegible] [illegible]. Cum demonstrat quanta fuit impietas a socio et affine Nevio [illegible] facere debuisset, sic ut cum multis [illegible], [illegible] [illegible] violare non debuisse, quod [illegible] ut ipse inquit in arte est [illegible] aut [illegible] aut [illegible] causa [illegible]. [illegible] [illegible] attento, demonstrat non fuisse causam Nevio ut postularet [illegible]. Et arguit per locum a [illegible] [illegible] quid in causa [illegible] boni viri facere [illegible] [illegible] mallet [illegible] ad [illegible] [illegible] devenire. Ad finem autem [illegible] partis confirmationis [illegible] efficacissimum [illegible], ut docet ipse in arte [illegible] disponi debere, ut scilicet meliora in principio et in fine collocentur. Mediocria et non [illegible] [illegible] medium [illegible] [illegible] utique [illegible] partem in fine collocavit, quod eo die quo Nevius dicit vadimonium esse [illegible] Quintius asserat se [illegible] eo die non fuisse [illegible] Rome, [illegible] [illegible] [illegible] debeat iudices [illegible], ut eos vehementius attendat [illegible] elegantissime et aggravando miseriam Quintianam, petitionem iustissimam post in fine.


nunc ius esse, nunc cuique expedire. Cum igitur demonstrat
vadimonium, aut sibi esse desertum, antequam doceo, id factum
non esse, libet mihi C. Aquili ea officii ratione atque
ex omnium consuetudine rem ipsam et factum simul Sexti Naevii
considerare. Ad vadimonium non venerat, ut ais, is
qui tum tibi affinitas, societas, omnes denique causae et
necessitudines veteres intercedebant. Illo ne ad praetorem
ire convenit? Continuo ne verum fuit postulare, ut ex
edicto bona possidere liceret? Ad haec extrema et inimicis-
sima iura tam cupide decurrebas, ut tibi nihil in posterum
quod gravius, aut crudelius facere posses, reservares? Nam
quid homini potest turpius, quid vero miserius, aut acerbius
usu venire? quod tam indignum evenire dedecus
quae tanta calamitas inveniri potest? Pecuniam cuipiam Nota 
si fortuna ademit, aut si alicuius eripuit iniuria, tamen dum
existimatio est integra, facile consolatur honestas eges-
tatem. At non nemo, aut ignominia affectus aut iudicio
turpi convictus, bonis suis quidem utitur. Alterius opes, id quod
miserrimum est, non exspectat, hoc tamen in miseriis
adiumento et solatio sublevatur. Cuius vero bona venierunt
cuius non modo illae amplissimae fortunae, sed etiam victus,
vestitusque necessarius sub praeconem cum dedecore subiectus est, is non

Nota

Commutat. ptet sente.

ex modo vivore conturbatus, sed si fieri potest, infra etiam mortuos mandatur. Et enim mors honesta sepe vitam quoque turpem exornat. Vita turpis, ne morte quidem honestè locum relinquit. Ergo hercule, cuius bona ex edicto possidentur huius omnis fama, et existimatio cum bonis simul possidetur. De quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem, tacite obscureque conceditur. Cui magistri fiunt, et domini constituuntur, qui qua lege, et qua condicione pereat pronuntient, de quo hominis preconis vox predicat, et pretium conficit, huic acerbissimum vivo, videntique funus ducitur, si funus id habendum sit, quo non amici conveniunt ad exequias cohonestandas, sed bonorum emptores, ut carnifices ad reliquias vite lacerandas, et distrahendas. Itaque maiores nostri raro id accidere voluerunt, pretores, ut considerate fieri compararunt viri boni, cum palam fraudantur, cum experiendi potestas non est, timide tamen, et pedetentim istuc descendunt vi, atque necessitate coacti invitissimi aliorum vadimoniis deserti, sepe illusi, ac destituti. Considerant enim quid et quantum alterius bona proscribere. Iugulare civem, ne iure quidem, quisquis bonus volet. Mavult enim commemorare se cum posset perdere pepercisse, quam, cum parcere potuit perdidisse. Hec in homines alienis

Mavult commutat.



simos denique inimicissimos viri boni faciunt, et homines
existimacionis, et diligentes quamobrem causa, ut cum ipsi nichil
alteri scientes incomodarint, nichil in se vite incomodi
cadere possit. Ad vadimonium non venit. Quis? propinquus.
Si res ista gravissima sua sponte videretur, tamen
eius atrocitas necessitudinis nomine levaretur. Ad va-
dimonium non venit. Quis? socius. Etiam gravius aliquid
ei deberes concedere, qui cum te aut voluntas congregasset
aut fortuna coniunxisset. Ad vadimonium non venit. Quis?
Is qui tibi presto semper fuit. Ergo in eum, qui semel
hoc commisit, ut tibi presto non esset, omnia tela conie-
cisti, que parata sunt in eos, qui permulta mala agendi
causa fraudandique fecerunt. Si de persidiis tuis gerere
sexte nevi, si in parvula re captionis aliquid vereare, (Valo capitl)
non statim ad C. aquilium, aut L. lucullum accedere
debuisses, ne idem ipse te consuluisti. Sed ne ipse
quidem, ad te retulisti, nec hoc quidem tecum locutus es
hore due fuerunt, Quinctius ad vadimonium non venit
Tu debebas tecum dicere, et cogitare dicendo, quid ago
? Si me hercle, hec tecum duo verba fecisses, quid ago.
respirasset cupiditas, atque avaritia, paululum aliquid
loci racioni, et consilio dedisses, tu te collegisses. non

in eam turpitudinem venisses. Ut hoc tibi esset apud
tales viros confitendum, quod tibi vadimonium non obitum
eadem te hora consilium cepisse hominis propinqui, fortunas
funditus evertere. Ego pro te nunc hoc consilio post tempus
in aliena re, quoniam tu in tua re, cum tempus erat consulere
oblitus es. Quero abs te. C. Aquili. L. Lucullo. P. Quinti
M. Marcelle vadimonium michi non obiit, quia socius
et affinis meus, cui cum michi necessitudo vetus
controversia de re pecuniaria recens intercedit. Postulo ne
a pretore, ut eius bona michi possidere liceat. An cum
Rome domus, eius uxor liberi sint, domum potius denuntie-
re. Quid est quod hac tandem de re vobis possit videri. Profecto
si recte vestram bonitatem atque prudentiam cognovi, non
multum me fallit, si consiliamini, quid sit responsuri. Primum
expectare, deinde si latitare ac diutius ludificare videatur,
amicos convenire, querere quis procurator sit, domum denun-
tiare. Dici vix potest, quam multa sint, que respondeatis, an
fieri oporteret, quam ad hanc rationem extremam necessariam devenire.
Quid ad hoc Nevius? Ridet scilicet nostram amentiam
qui in vita sua rationem summi officii desideremus. Et in
statuta bonorum virorum requiramus. Quid michi inquit
tum ista sanctimonia, ac diligentia. Viderint inquit

Articulus

ista officia viri boni, de me autem ita consident, non
quid habeam, sed quibus rebus invenerint comparant, et quemadmo-
natus, et quo pacto educatus sim memini, Verum est pr[aeterea] de
scurra: multo facilius divitem quam patremfamilias fieri
posse. Hec ille si verbis non audet, re quidem naturam
palam loquitur, Etenim si vult virorum bonorum insti- 
tuto vivere, multa oportet discat, atque dediscat. Quo
illi etati utrumque difficile est, Non dubitavi inquit
cum vadimonium desertum esset, bona proscribere improbe.
Iurgo, cum tu id tibi arrogas, et concedi postulas Ne- ...s vir
vium? Quid si unquam defuit? si ista causa abs te tota
per summam fraudem, et malitiam facta est. Si vadimo-
nio tibi cum P. Quintio nullum fuit, quo te nomine ap-
pellemus? improbum? At si desertum vadimonium esset, tu
nunc ista postulatione, et proscriptione bonorum improbissimus repe- alias nec
riebare, nunc maleficiosum negas fraudulentum. Nam
id quidem arrogas tibi, et preclarum putas, audacem cupidum Vatiniis
perfidiosum, vulgaria, et obsoleta sunt. Res autem nova
atque inaudita, quid ergo est? vereor me hercule, ne aut 
gravioribus utar verbis, quam natura fert. aut levioribus quam causa
postulat. Ais esse vadimonium desertum. Questus est a te statim

Ut romam redijt quintus, quo diu vadimonium istud factum esse dices, respondisti statim nonis februarijs. Disce-dens in memoriam redijt quintus quotidie romam in Gallia profectus sit, ad ephemeridem revertitur, invenitur dies profectionis pridie kl' februarias. nonis februarijs, Sed si Rome fuit causa michil dicimus quin tibi vadimonium promisit, quod hoc invenire qui pat. profectus est una. L. albius homo cum primis honestatis, dicit testimonium (?) hec, pro quintio testes tot quibus omnibus causa iustissima est. Cur scire potuerint, nulla cur mentiantur. Cur a stipulatore tuo, comparabimus. Et in hac eiusmodi causa, pro quintius laborabit, et diutius in tanto metu, miser, periculoque versabitur, et vehementius eum gratia adversarij perterrebit, quam fides iudicis consolabitur.

VIXIT. Vixit enim semper inculte, atque horride. natura tristi, atque recondita fuit, non ad solatium, non campo non in conviviis versatus est. Id egit, ut amicos observantia, rem parsimonia retineret. Antiquam officij rationem dilexit. Cuius splendor omnibus his moribus absolevit.

Ut si in causa pari, discedere inferior videtur, tamen esset non mediocriter conquerendum, nunc in causa superiore

Ne ut par quidem sit postulat; inferiorem esse patitur dumtaxat usque eo, ne cum bonis, fama, fortunis omnibus Sexti Nevii cupiditati crudelitatique dedatur. Docui quod primum pollicitus sum C. Aquili, causam omnino cur postularet non fuisse, quod neque ex edicto praetoris bona P. Quintii possideri ullo modo potuisse. Tractat edictum: Qui fraudationis causa, non est iste Quintius, nisi si latitat qui ad negotium suum relicto procuratore proficiscitur. Cui heres non extabit. Ne is quidem. Qui exilii causa solum verterit. Quo tempore existimas oportuisse Nevi absentem Quintium defendi, aut quo modo? Tum cum postulabas ut bona possideres? Nemo affuit. Neque enim quisquam divinare poterat te postulaturum. Nec ad quemquam attinebat id recusare quod praetor non fieri, sed edicto suo fieri iubebat. Qui locus igitur absentis defendendi procuratori primus datus est? Cum proscribebas. Ego affui. Non passus est, libellos deiecit Sextus Alphenus, qui primus erat officii gradus, servatus est a procuratore summa cum diligentia. Videamus que deinde sint consecuta. Hominem P. Quintii deprehendis, in publico conaris abducere. Non patitur. Alphenus vi tibi ademit, curat ut domum reducatur, ad Quintium. Hic quoque summe constat procuratoris

cum fuit ab Alpheno defensus. Et que de appellatione, timore et obiectione potentie etc. obiciat Nevius. Confutat Cicero, ut defensus Quintius videatur et edicto pretoris ipsum offendi non posse. Deinde impugnat factum Nevii per locum a iure naturae, quod affinis et socius id fecisse dicatur, quod alienissimus nemo fecit etc. Deinde arguit per locum a consuetudine sive lege, contra edictum pretoris Nevium possedisse, cum arguatur non probasse per testes sibi vadimonium fuisse desertum. Et reliqua que lex sive consuetudo requirit ut latitantis, absentis, et fraude etc. Deinde ostendit per testes quoniam ipse met Nevius se non possedisse etc. Deinde iste pertractat quoddam contrarium latius, quo ostenditur non ex edicto, sed vi Quintium esse deiectum. Aut nemo unquam biduo septingenta passuum millia confecisse quod cum sit impossibile, restat ut Quintius sit vi eiectus etc. Deinde rediens ad confirmationem arguit non posse fieri, sed iniuria fecisse posse demonstrat. Cum eum posset ad suum venire facilius si quid ei debitum fuisset. A quibus enim potest non difficilius sua retentat.

Tertio
Hic est epilogus confirmationis septem hic de
pecunia debebat et si maxime deberet, quisquam nihil esse, quare ad istam rationem perveniretur. Attende non ex edicto etc. in textu.

Attende non ex edicto pretoris confirmata prius dispositione quam causa ad partes sequitur hic quod reliquum est confirmare proposuit intendit itaque contra reum prestat Nevium P. Quintii bona ullo modo possidere potuisse. Cicero etc. per locum a lege ad legem tractat edictum pretoris. Ante iam ex edicto quod Quintium non posse comprehendi, et per partes quod ex edicto bona sua possideri non potuisse. Deinde quod Nevius asserebat Quintium indefensum non fuisse, defensus et contra pretoris edicto bona sua legitime possideri confutat Cicero et monstrat Quintium ab Alpheno primum fuisse defensum et sic per pretoris edicto bona sua non esse possessa. Confutatio ex loco a lege cum liquido demonstrat lege edicti pretoris Quintio non deesse

:||: Dissolucio

Ueniebis ꝫ promittendo

diligentem officium / Debet tibi dicere, Quintum procurator negat Vadarius promittit in ius vocas. Sequitur iudicium. postulas. non recusat. Quid aliud sit absentem defendi / ego non intelligo. At quis erat procurator: Credo aliquem cientem hominem egentem litigosum / improbum. qui posset scurre deuitti quotidianum conuitium sustinere. Nichil minus eques, vir locuples sui negocij bene gerens Denique is quem quotiens neuius in galliam profectus est / procuratorem Rome reliquit et audes sexti neuij negare absensse esse defensum quintum / Cum eum defenderit idem qui solebat, et eum sit iudicium accipere / pro quintio / cui tu rem, et famam tuam / commendare proficiscens. et concedere solebas. Conaris hoc dicere neminem extitisse, qui quintum iudicio defenderet, postulabam inquit. ut satisdarent iniuria postulabas ita iudebare. recusabat Alphenus. ita vero pretor decernebat, tribuni igitur appellabantur. Hic te inquit teneo, non est istud pati, nisi iudicio defendere, cum auxilium a tribunis petas. Hec ego cum attendo, qua prudentia sit hortensius / dicturum esse eum non arbitror, cum autem antea dixisse audio, et causam ipsam considero, quid aliud dicere possit reperio Fateor enim libellos Alphenum deiecisse. vadimonium promisisse / Iudicium quin acciperet in ea ipsa uerba, que neuius edebat non recusasse:

Ita tamē more et instituto, p cum ingratū, qui auxi-
lij causa statutq est. Aut hoc fcm non fuit utē est Aut
ab Aquilius, talis vir iuratq hoc sus in Quinte constituat
Cuiq procurator no oia iudicia, que quisq in ubā pos-
tularit, Cuiq procur. a ptore tribunos appellare ausus
sit, Cum non defendi, Cum non defendi, eius bona
recte possideri posse, ei misso absenti ignaro fortuna-
rum suarq omia uite ornamenta, p summū dedecus
et ignominiā diripi conuenire Quod si probari nemini
potest, Illud certe probari omnibz necesse est, defen-
sum esse iudicio absentem Quintiū. Quod cum ita sit ex
edicto bona possessa no sut. At enī tr. pl. ne audi-
erunt quidē. Fateor si ita est procuratorē de decreto ptoris
oportuisse parē. Quid si M. Brutq intercessurū se
dixit palam nisi quid inter ipm Alphenū, et neuiu
queniret, Videtur ne intercessisse, appellatio tribunorq
non more, sz aux. causa. Quid deinde fit? Alphenus
ut omes intelligē possent iudicio defendi quintiū neq
subesse possit alienā aut ipi offitio, aut eius exti-
marie suspitio uiros bonos compleres, aduocat, Tes-
tantur isto audiente se pro rei mutitudie id p. petere
ne quid atrotius in p. Quītiū absentē sine causa fac.

conetur, sin autem iniquissime atque infestissime conte-
dere perseveret, se paratum esse omni recta atque honesta ratione
defendere, quod peto, ut non deberi, se iudicium id quod edat
debeat accipere, cuius rei conditionis quasi tabellas, obsignarunt
viri boni complures, res in dubium venire non potest
sit rebus omnibus integris, neque proscripto neque possessis bo-
nis, ut alphenus promittat Nevio sisti quintium venit
ad vadimonium quintius. tacet res in controversiis, isto
calumpniante biennium usque dum inveniretur, qua ratione
res ab usitata consuetudine recederet, Et in hoc singu-
lare, iudicium causa omnis concluderetur, quod officium Aquili
commemorari procuratoris pot, quod ab alpheno preteritum
esse videatur, quid affertur quare P. quintius absens ne-
gatur esse defensus. An vero id hortensius, quia nuper
iniecit. et quia nevius semper id clamitat, dicturum arbi-
tror non fuisse nevio parem certationem, cum Alpheno illo
tempore, illis dominationibus, quod si velim confiteri, illud
opinor, concedent, non procuratorem P. quintii neminem
fuisse, Michi autem ad vincendum satis est fuisse procura-
torem, qui cum experiri possit, qualis is fuerit, si modo
absentem defendat, per ius, et non per magistratum, nichil
ad rem meam arbitror pertinere. Erat enim illarum partium

quod in: Quid apud te esset, educatusque quem tu a puero
sic instituisses, ut nobili ne gladiatori quidem cederet
sicut tu semper concupisti id volebat Alphenus ea re
tibi, cum eo par contentio erat, Bruti inquit erat fa-
miliaris. Itaque is intercedebat, tum Brutum, qui tum in-
iuriam decernebat, Quin denique illorum, tibi societatem
adiungebas, qui tum etiam poterant, per vim, et scelus pluri-
mum, et quod poterant id audebant, An omnes tu istos
vincere volebas, qui nunc tu, ut vincas tanto tempore
laboras. Tu de eo dicere non palam: sed hiis ipsis quos
advocasti. Quam etsi nolo eam rem commemorando,
renovare: cuius omnis rei, memoriam omnem tolli fun-
ditus, ac deleri arbitror oportere. Unum illud dico, si propter
studium potens erat Alphenus, potentissimus Nevius
si fretus gratia, postulabat aliquid iniquius Alphenus
Multa iniquiora Nevius impetrabat. Neque enim
inter studium vestrum quicquam ut opinor interfuit ingenio
vetustate, artificio, tu facile vicisti. Ut alia omittam
Hoc satis est cum hiis, et propter eos erat, quos diligebat
tu postquam qui tibi erant amici non poterant vincere
Ut amici tibi essent, qui vincebant effecisti: quod
si tum par tibi ius cum Alpheno fuisse non putas.

als nc

Articulus

Quia tamen aliquem contra te advocare potuit, quia ingra-
tus aliquis reprehendebatur, apud quem Alpheni causa consisteret.
Quid hoc tempore quaestio statuendum est? Cui neque ingratus
adhuc equus inventus est, nec iudicium redditum est usi-
tatum: non condicio, non sponsio, non denique ulla
umquam intercessit postulatio? Mitto equum. Verum an
hoc tempus ne fando quidem audita est causa. De re
pecuniaria cupio contendere. Non liceat ea contusa.
Nichil ad me attinet. Causam capitis dicas oportet.
Ita causa tibi ita nota est. Non inquit nisi tu an
novo modo priore loco dixeris. Dicendum vero est. Res-
tituendus hore ad arbitrium vestrum iudex ipse accersitur.
Quid tum? Tu aliquem priorem invenies hominem
antiqui officii, qui splendorem vestrum et gratiam ne-
gligat. Pro me pugnavit L. Philippus eloquentia,
gravitate, honore florentissimus civitatis. Dicet Hortensius
excellens ingenio, nobilitateque, existimatione. Aderunt Articulus
autem homines nobilissimi atque potentissimi, ut eorum
frequentiam et consensum non modo P. Quintius, qui
de capite decernit, sed quivis qui extra periculum sit perhor-
rescat. Hec est iniqua certatio, non illa qua tu
cum Alpheno equitabas. Huc ne ubi consisteret quidem

Articulus
alias sessum

cont te loco reliquisti? Quare aut doceas oportet
Alphenum negasse, se procuratorem esse, non deiecisse libel-
los, iudicium accipere noluisse. Aut cum hec ita facta
sint, ex edicto te bona P. Quintii non possedisse conce-
das. Et enim si ex edicto possedisti, quero cur bona
non venerit, cur ceteri sponsores et creditores non
convenerint. Nemo ne fuit, cui deberet Quintius? Fuerit
preterea. C. Fr aliquantum eris alieni reliquerat. Quid ergo
est? Homines erant, ab hoc omnes alienissimi, et his
debebatur, neque tamen quisque inventus est, tam insig-
nite improbus, qui violare P. Quintii existimationem absentis
auderet. Unus fuit affinis, socius, necessarius, Sextus — Natiuus
, Nevius: qui cum ipse ultro deberet, quasi eximio premio
sceleris exposito cupidissime concedet, ut per se af-
flictum, atque eversum propinquum suum, non modo honeste
partis bonis, verum etiam communi luce privaret. Ubi erant ceteri
creditores, denique hoc tempore, ubi sunt? Quis est qui
fraudationis causa latuisse dicat? Quis qui absentem
defensum neget esse Quintium? Nemo invenitur. At contra
omnes quibuscum ratio huic aut est, aut fuit assunt,
defendunt: fides huius multis locis cognita, ne perfidia
Sexti Nevii derogetur, laborant in huiusmodi sponsione.

Dissolutum

Testes dare oportebat ex eo numero, qui hec dicerent. vadi-
monium mihi deseruit. me fraudavit. a me nominatim ei
quod infitiatus esset diem petiit. Ego experiri non potui, la-
titavit. procuratorem nullum reliquit, horum nihil dicitur. parantur
testes, qui hoc dicant. verum opinor, viderimus, cum dixerint.
Unum tamen hoc cogitent, ita se graves esse, ut si ve-
ritatem volent retinere, gravitatem possint obtinere, si eam
neglexerint, ita leves sint, ut omnes intelligant, non ad op-
tinendum mendatium, sed ad verum probandum auctoritatem, adiuvare.
Ego hec duo quero, primum qua ratione nemo susceptum negotium
non transegerit, hoc cur bona, que ex edicto possidebat,
non vendidit. deinde cur ex tot creditoribus aliis ad
istam rationem nemo accesserit. Ut necesse sit confiteare
neque tam temerarium, ceteros quoque fuisse. in rem id,
quod turpissime suscepisses perseverare, et transigere
potuisse. Quid si tu ipse Sex. Nevi statuisti bona P.
Quintii ex edicto possessa non esse. Opinor tuum testimo-
nium, quod in aliena re leve esset, id in tua, cum contra
te est, gravissimum esse debet. Emisti bona Sexti Alphenii.
L. Silla dictatore vendente. Socium tibi in his bonis
edidisti Quintium. Plura non dico, cum eo tu voluntariam
societatem coibebas, qui te in hereditaria societate frau-

156

dorat, et eum studio tuo comparabas, que spoliatum fama
/fortunis quam omnibus arbitrabare. Diffidebam me hercule
G. Aquili satis animo certo, et confirmato, me posse
in hac causa consistere. Sic cogitabam dum conductus
esset Hortensius, et cum me esset attente auditurus, Phi-
lippus, forte uti per multis in rebus timide probaret. Dice-
bam huic quinto Roscio, cuius soror est cum p. quintio, cum
et me peteret, et summe contenderet ut propinquum suum
defenderem, michi perdifficile esse contra tales oratores non
modo tantam causam perorare. Sed omnino illud facere conari.
cum cupidius instaret, homini pro amicitia familiariter dixi
michi videri ore durissimo esse, qui presente eo gestum
agere conaretur, qui vero cum ipso contenderet eos etiam
si quid antea recti, aut venusti habere, nisi essent [illegible]
amittere, ne quid michi eiusmodi accideret. cum contra tale
artificem dicturus essem me vereri. Tum michi Roscius,
et alia multa confirmandi mei causa dixit: ut me hercu-
le, si nichil diceret, tacito ipso officio, et studio, quod
habebat erga proximum suum quemvis commoveret. Et enim
cum artifex, eiusmodi sit, ut solus dignus videatur esse,
qui in scenam spectetur, tum vir eiusmodi est, ut solus
dignus videatur, qui eo non accedat. Veruntamen

quid si inquit habes eiusmodi causam ut in hoc tibi planum
sit faciendum neminem esse, qui possit biduo, aut summum triduo
septingenta milia passuum ambulare. Tu ne vereris
ut possis hoc contra hortensium contendere. Minime inquies
Sed id quid ad rem. minimum inquit in eo causa consistit
Quo dicat eiusmodi rem. Et factum simul sexti Nevii
Quod si diligenter attenditis solum profecto satis esse
debet, quod abs te C. aquili, Et a vobis qui adestis in consi-
lio, queso ut diligenter attendatis. Profecto intelligetis
illum ab initio cupiditate pugnasse, et audaciam
contra veritatem et pudorem quoad potuit restitisse.
Bona postulas, ut ex edicto possidere liceat, quo die te ipsum
Nevi volo audire, Volo inauditum facinus ipsius qui id
commisit voce convinci, dic nevi diem, an. V. kl. intercala-
res. bene agis. quam longe est hinc in saltum vestrum gallicanum
Nevi te rogo. dcc. milia passuum. Optime. de saltu deici-
tur quintius. quo die. quo die. possumus hoc ex te
audire. Quid taces. dic inquam diem, pudet dicere, intel-
ligo verum et sero, et nequiquam pudet. deicitur de saltu
C. aquili. p. K. kl. inter kl. biduo post, aut ut
statim de iure exierit aliquis homo toto triduo. dcc. mi-
lia passuum conficitur. O rem incredibilem, o cupiditatem

Exclamatio

inconsideratam, o mirum volucrem. Ut ministri et satellites sexti Nevii Romam transalpes in Sebeguines biduo venerint. O hominem fortunatum, qui eiusmodi nuncios, seu potius pegaseos habeat. Hic ego, si Crassi omnes cum Antoniis existant, si tu L. Philippe, qui inter illos florebas, hanc causam voles cum Hortensio dicere, tamen superior sim, necesse est. Non enim quemadmodum putatis omnia sunt in eloquentia. Est quedam tamen ita perspicua veritas, ut eam infirmare nulla res possit, an antequam postulasti, ut possideres misisti, qui curaret ut dominus de suo fundo, a sua familia vi deiceretur. Utrumlibet elige alterum incredibile est. Alterum nefarium. et ante hoc tempus utrumque inauditum septingenta milia passus esse decursa, biduo dic negas. Ante igitur misisti. Malo si enim illud diceres, improbe mentiri videre, cum hoc confiteris id te admisisse, concedis quod ne mendatio quid agere possis. Hoc consilium Aquilio de talibus viris tam cupidum, tam audax, tam temerarium probabitur. Quid haec amentia, quid haec extimatio quid haec interitas tanta significat non vim non scelus non latrocinium, omnia potius quam ius, quam officium, quam pudorem. Mittis in iussu pretoris, quo consilio iussurus sciebas? Quid cum iussisses? Tum mittere nonne poteras? Postulaturus eras, quam post dies XXX nempe si te nichil impediret

Non enim

sententia

alias aliud

Repeticio

/si voluntas ead manet / si valet denique / si vivet / ptor
si vixisset / opinor / si volet / si valet / si ius dicet / si nemo
recusaret / qui ex ipsius decreto / et satisfaceret / et iudicium acci-
pe vellet / Nam pro deos immortales / si Vispheus (?) procurator
P. quintii / tibi tu satisdaret / et iudicium accipe vellet / deni-
que omnia / q postulares / facere voluisset / Quid ageres ? Servo-
rum eum / quem in gallias miseras ? Ut quidem hunc
iam defundo expulisset ? Iam a suis diis penatibus p-
receps eiectus / nam quod indignissimum est suorum servorum
manibus nuntio / atque imperio tuo violatus esset / corrigeres
hoc scilicet tu postea / de cuiusque vita dicere audes / q hoc
concedebas necesse esse / ita te cum cupiditate / et avari-
tia fuisse / Ut cum postea / quid futurum esset ignores
accidere autem multa possent / spem maleficii presentis in
incerto reliqui temporis eventu collocares / atque hoc pro me loquor
Q. ipso illo tempore / cum te ptor iussisset ex edicto possi-
dere / si in possessione misisset / debueris / aut potueris
P. Quintium de possessione deturbare / Omnia C. aquili
eiusmodi / quivis ut perspicere possit / in hac causa improbitatem /
et gratiam / cum inopia / et veritate contendere / Ptor
te et quemadmodum possidere iussit ? Opinor ex edicto
Sponsio / q in verba facta est / si ex edicto ptoris bona

p(raedia) quintij possessa non sunt, redeamus ad edictum, id quid
est : quemadmodum iubet possidere : Num quid est cau-
se C. aquili, quin si longe aliter possedit, quam pretor edixit
iste ex edicto non possederit : Ego sponsione vinceri
Nichil opinor. Cognoscamus edictum. Qui ex edicto meo
in possessionem venit, de te loquitur nevi quemadmodum
putas, Vis enim te ex edicto venisse, tibi quid facias
: diffinit, te instituit, tibi precepta dat. eos ita vi-
detur in possessione esse oportere, quo modo ibidem recte
custodire poterunt, id auferre, et abducere licebit. Quid
tum : dominum inquit invitum detrudere non placet, eum — Repeti(cio)
ipsum, qui cum omnibus creditoribus suis male agat invitum
de predio detrudi vetat, proficiscenti tibi in possessionem
pretor ipse sexte nevi palam dicit, ita possideto.
Ut tecum simul possideat quintius, ita possideto, ut quin-
tio vis non auferatur. Quid tu id quemadmodum observas
Mitto illud dicere eum non latitarit. Cui Rome domus — Occupacio / Reticen(cia)
, uxor, liberi, procurator esset, eum qui tibi vadimo-
nium non deseruisset. Hec omnia dico, mitto illud, dico
dominum expulsum esse de predio, domino a familia sua
manus illatas esse, ante suos lares familiares. Hoc
edenti vim, ne appellasset quidem quintium cum simul esset

Epilogus

Ostendi quam multa etc.

postquam Cicero superius late defensit confirmationem et confutationem hic descendit ad quandam recapitulationem. Et hoc est in epilogo, per enumerationem omnium argumentorum confirmationis et confutationis per que omnia summatim tota arte colligit, ea de quibus verba fecerat antea, sic breviter ut renovata non redintegrata oratio visa sit. Et ordine quicquid dixerat, rettulit, perfecitque diligenter ut fieri debere docuit in arte.

experiri posset quotidie / deinde quod omnia iudicia difficilia
cum summa invidia / maxime quod periculo P. quintii fieri mal-
let / quam illud pecuniarium iudicium quod uno die transigi pot-
erque uno quam omnia nata et perfecta esse concedit / Cuo
in loco condicionem tuli / si vellet pecuniam petere P. quintii
iudicatum solui. iudicatum autem ipse / si quid peteret
pari condicione uteretur / Ostendi quam multa ante fieri conve- Frequentatio. hunc usque non est capitulus, ut oratio.
nerit / quam hominis propinqui bona possideri postularetur
presertim / cum Rome domus eius uxor liberi essent et
procuratores eque utrisque necessarius Deinde cum destitutum esse dicat
vadimonium / aio vadimonium ullum fuisse / quo die hunc
sibi promisisse dicat / eo die / ne Rome quidem eum fuisse
ad testes me pollicitus sum planum facere / qui et scire debent
et causam cur mentirentur non habent. Ex edicto autem
non potuisse bona possideri demonstravi / quod neque
fraudandi causa latitasset neque exilii causa solum ve-
tisse dicetur / Reliquum est / ut eum nemo iudicium defen-
derit / quod autem copiosissime defensum esse contendi
non ab homine alieno neque ab aliquo calumpniatore /
atque improbo sed ab equite propinquo necessario suo / quem ipse
sextus nevius procuratorem relinquere antea consuesset / neque
eum si tribunos appellarit idcirco minus iudicio pati

paratum fuisse, neque eum si tribunos appellaret iccirco in
iudicio pati paratum fuisse, neque potentia procuratoris nemini
ius ereptum, cum consisteret potentia sua, tum tantummodo superi-
ore fuisse nimio nobis, vix respirandi potestatem dare.
quesivi, que causa fuisset, cur bona non fuissent, cum
ex edicto possiderentur. inde illud quoque requisivi, qua ratione
ex tot creditoribus Nemo, neque tum idem fecit, neque nunc
condicat, omnisque pro Sexto Quintio pugnaret nent, presertim
cum in tali iudicio testimonia creditorum existimentur
ad rem maxime pertinere. Postea sum usus adversarii tes-
timonio, qui sibi dum nuper dedit, socium, que quo inte-
dit, ne in minorem quidem nimio, tum demonstrat fuisse
tum illam incredibilem celeritatem, seu potius auda-
ciam, protuli confirmavi necesse esse. Aut biduo ~~bcc~~
.dcc. milia passuum esse decursa, aut Sextum nemini
diebus compluribus ante in possessionem misisse, quam postularet
uti eius liceret bona possidere. Postea recitavi edictum
quod a parte domini a praedio detrudi vetaret. In quo con-
sistit nemini ex edicto non possedisse, cum confitetur
ex praedio vi detrusum esse Quintium. Omnia autem possessa
non esse constitui, quod bonorum possessio spectetur, non.

in aliqua parte, sed universis, que teneri et possideri possideri sint, dixi domum Quintii fuisse: quo iste ne aspirarit quidem; servos complures ex quibus iste possedit neminem, ne attingit quidem; unum fuisse, quem attingere conatus sit prohibitum fuisse; Quintium in ipsa gallia cognosse in predia privata Quintii Sexti nevium non venisse; denique ex hoc ipso saltu, quem per vim expulso socio possedit servos privatos Quintii omnes eiectos esse. Ex quo et ceteris dictis factis cogitatisque Sexti nevii, quivis potest intelligere istum nichil aliud egisse, neque nunc agere, nisi uti agere per vim, per iniuriam, per iniquitatem iudicii totum agrum, qui communis est suum facere possit. Nunc causa perorata res ipsa et periculi magnitudo, C. aquili cogere videtur ut te atque eos qui tibi in consilio sunt, obsecret obtesteturque P. quintius, ac senectutem ac solitudinem suam, nichil aliud, nisi ut nature vestre bonitatique obsequamini: ut cum veritas hoc faciat, plus huius inopia possit ad misericordiam quam illius opes ad crudelitatem, quo die ad te iudicem venimus, illorum dierum eodem illorum minas, quas ante horrebamus negligere cepimus. Si causa cum causa contendetur, iccirco nobis, etiam te iudice magis opus esse arbitrati sumus. Ea res nunc in discrimine versatur, utrum

Contento

Nunc causa perorata / Capitulum summe [illegible] Ciceronis [illegible] et conclusio [illegible] que constat [illegible] ut [illegible] Quintii / Iudices quo erat ad misericordiam et [illegible] argumentum [illegible] [illegible] / [illegible] ab ipso in arte tractatur, et [illegible] videtur [illegible]

possit, ne se contra luxuriem, ac licentiam rusticana illa atque inculta parsimonia defenderet, aut deformata, atque ornamentis omnibus spoliata, nuda cupiditati petulantieque addicatur, Non oportet se tecum gratia, P. Quinctium Sexte Nevi, non opibus non facultate contendat, Omnes autem artes, quibus tu magnus es tibi concedit Fatetur se non belle dicere, non ad voluntatem loqui posse non ab afflicta amicitia, transfugere, atque ad florentem aliam, devolare, non profusis sumptibus vivere, non ornare magnifice, splendideque convivium non habere. Domum clausam, pudori et sanctimonie patentem, atque adeo expositam cupiditati, et voluptatibus, contra sibi officium fidem et diligentiam, vitam omnino semper horridam, atque aridam cordi fuisse. Ista superiora esse, ac plurimum posse his moribus sentit, quid ergo est? non usque eo tamen, ut in capite, fortunisque hominum honestissimorum dominentur. Hi qui relicta virorum bonorum disciplina, et questu, et sumptum Gallonii sequi maluerunt, atque etiam quod in illo fuit tum audatia, perfidiaque vixerunt. Si licet vivere eum, quem Sextus Nevius non volt, si est homini honesto locus in Civitate invito

Articulus

Repetitio

//alr nenio

//nenio, si fas est respirare p. quintio contra nimiam dicitatem
nenii, si que pudore ornamenta sibi peperit, ea pot contra
petulantiam te defendente obtinere. Spes est et hunc mi-
serum atque infelicem aliquando tandem posse consistere. Sin
et poterit nenius, id quod libet et ei libebit id, quod non licet
quod agendum est i. Cui appellandus est deus. Cuius hominis
fides imploranda est, qui denique consilio consilius. qui me-
ror dignus inveniri. in calamitate tanta pt. Miserum

no

est exturbari, fortunis omnibus. miserius est iniuria.
acerbum est ab aliquo circumveniri, acerbius a propinquo.
Calamitosum est bonis everti, Calamitosius cum dedecore.
Funestum est a forti atque honesto viro iugulari funes-
tius ab eo cuius vox in preconio questu prostitit. Indignum
est, a pari vinci, aut a superiore, Indignius ab inferi-
ore, atque humiliore, luctuosum est alteri tradi cum bonis
luctuosius inimico. Horribile est causam capitis
dicere, horribilius, priore loco dicere. Omnia circumspexit
quintius. Omnia periclitatus est G. Aquili, non prtorem
modo, a quo ius impetraret, invenire potuit, atque
adeo ne cum arbitratu, quidem suo postularet. Sed
ne amicos quidem sexti nenii, quorum sepe et diu

ad pedes iacuit stratus, obsecrans per deos immortales
ut aut secum iure contenderent, aut iniurias sine ignominia
sibi imponerent, Denique ipsius inimici, vultum supplicissimus
subiit ipsius Sexti Nevii lacrimans manum prehendit, in
propinquorum bonis proscribendis exercitatam, obsecravit per
fratris sui mortui cinerem, per nomen propinquitatis, per
ipsius coniugem, et liberos quibus propior P. quintio ne-
mo est, Ut aliquando misericordiam caperet, aliquam si non propin-
quitatis aut etatis sue, si non hominis at humanitatis rationem
haberet: ut secum aliquid integra sua fama qualibet dum-
modo tollerabili condicione transigeret: ab ipso repudiatus
ab amicis eius non sublevatus, ab omni magistratu agi-
tatus, atque perterritus ‖ quem preter te appellet habet neminem — promissio ‖ alias ipse
tibi se, tibi suas omnes opes, fortunasque commendat, tibi
committit, existimationem, ac spem reliquae vite, multis vex-
atus contumeliis, pluribus iactatus iniuriis, non turpis
ad te, sed miser confugit, e fundo ornatissimo, deiectus
ignominiis omnibus appetitus, cum illum in paternis bonis
dominari videret, ipse filie nubili dotem conficere non possit
Nichil alienum, tamen vita superiore commisit, Itaque hoc te
obsecrat, C. aquili, ut quam existimationem, quam honeste
in iudicium tuum, prope acta iam etate decursaque attulit,

eam liceat ei fieri, ex hoc loco efferre. Ne si tui offo
nemo unquam dubitavit, sexagessima denique anno dede-
Sexti° — tore, macula, turpissimaque ignominia notetur: ne orna-
mentis eius omnibus, sextus nevius, pro spoliis abutatur
ne plus ferat quo minus, que existimatio P. quintium, usque
ad senectutem produxerit, eadem usque ad rogum prosequatur
Non tuer

M·T·CICERONIS·ORO·CUM·EGIT·GRATIAS·IN·SENATU

Si patres conscripti pro vestris immortalibus, in me
fratremque meum, liberos que nostros, meritis parum
vobis cumulate gratias egero, queso obtes-
torque, ne mee nature potius quam magnitudini
vestrorum beneficiorum id tribuendum putetis.
Que tanta enim libertas potest existere
libertas ingenii, que tanta dicendi copia, quod tam
divinum atque incredibile genus orationis, quo quisque
possit, vestra in nos universa michi pro merita, non

dictam completti orando / sed percensere numerando. Cum
michi fratrem optatissimum me fratri amantissimo, liberis Repetitio
nostris parentes, nobis liberos / qui dignitatem qui ordinem
qui fortunas qui amplissimam rempublicam qui patriam
qua nichil potest esse iocundius / qui denique nos nobismetipsos
nobis reddidistis. Et si parentes carissimos habere debemus
quod ab hiis nobis vita patrimonium libertas / civitas tradita est
si deos immortales quorum beneficio etiam hec tenuimus / et
ceteris rebus aucti sumus / si populum romanum cuius honoribus in
amplissimo consilio / et in altissimo gradu dignitatis / atque
in hac omnium terrarum arce collocati sumus / si hunc ipsum ordinem
a quo sepe magnificentissimis decretis sumus honestati in-
mensum quiddam / et infinitum est quod vobis debeamus
qui vestro singulari studio / atque consensu / parentum beneficia deorum / ffrefretia
immortalium munera / populi romani honores vestra de me multa iudi-
cia / nobis uno tempore omnia reddidistis / Ut cum multa vobis /
magna populo romano / innumerabilia parentibus / omnia diis immor-
talibus / debeamus hec antea singula per illos habuerimus / nunc
universa per vos recuperavimus. Itaque patres conscripti / quod ne
optandum quidem est homini immortalitatem quandam per vos
adepti esse videmur / Quod enim tempus erit umquam / quo vestrorum

in vos beneficiorum memoria ac fama moriatur. Qui
illo ipso tempore cum vi ferro metu minis obsessi teneremini
non multo post discessum meum me universi revocastis
referente L. Ninnio fortissimo atque optimo viro, quem
habuit ille pestifer annus, et maxime fidelem, et minime
timidum, si dimicare placuisset, defensorem salutis mee.
Postea quam vobis potestas decernendi non est permissa,
per eum tribunum plebis, qui cum per se rem publicam lacerare non
posset, sub aliena scelere deleuit. Numquam de me siluistis,
non umquam meam salutem, ab his consulibus qui vendide-
runt flagitavistis. Itaque vestro studio, atque auctoritate, perfectum est
illo ipso anno, quem ego michi, quam patrie malueram esse
fatalem, cum tribunos haberet, qui et promulgarent de
salute mea, et ad vos sepenumero referrent. Nam consu-
les modesti, legumque metuentes, impediebantur lege
non ea que de me, sed ea que lata de ipsis erat
Cum meus inimicus promulgavit, ut si revixissent, hi
qui hanc pene deleverunt tum ego redirem, quo facto
utrumque confessus est, et se illorum vitam desiderare, et magno
in periculo rem publicam futuram esse. Si aut hostes, aut
interfectores, rei publicae revixissent, aut ego non revertis-
sem. Itaque illo tamen ipso anno, cum ego cessissem

principes huius ciuitatis non legum presidio sed parietum
uitam suam tuerentur, res publica sine consulibus esset
neque solum parentibus perpetuis, verum etiam tutoribus annuis
esset orbata. sententias dicere prohiberemini, caput meae
proscriptionis recitaretur. Numquam dubitastis salutem meam
cum communi salute coniungere, postea vero quam singulari et
prestantissima virtute P. lentuli consulis, ex superioris
anni caligine, et tenebris, lucem i(n) rem publicam, Kalendis ianu-
ariis respicere cepistis, Cum Quinti nobilissimi hominis me-
telli, atque optimi viri summa dignitas, cum pretorum tribunorum
pene omnium virtus et fide rei publice subuenisset, cum virtute
gloria rebus gestis Gneus Pompeius omnium gentium, omnium seculorum
omnis memorie facile princeps tuto se in senatu venire
arbitraretur, tantus vester consensus de salute mea fuit
ut corpus abesset meum dignitas iam in patria reuertisset
Quo quidem mense, quid inter me et meos inimi-
cos interesset existimare potuistis, ego meam salutem
deserui, ne propter me ciuium vulneribus res publica cruentaretur
Illi meum reditum non populi Romani suffragiis, sed flumine
sanguinis intercludendum putauerunt Itaque postea nichil
vos ciuibus, nichil sociis, nichil regibus respondistis

i. Repetitio
Deroīatio

nichil iudices sententiis, nichil populus suffragiis, nichil
hic ordo auctoritate declaravit. Mutum forum elinguem curiam
tacitam et fractam civitatem videbatis. Quoquidem tempore
cum is excessisset qui cedi et flamme vobis autoribus
restiterat, tum ferro et facibus homines tota urbe volita-
tes magistratuum tecta impugnata deorum templa inflammata
summi viri, et clarissimi consulis fasces fractos fortis-
simi atque optimi viri tribuni plebis, sanctissimum corpus
non solum tactum, atque violatum manu, sed vulneratum ferro
confectumque vidistis. Qua strage nonnulli permoti magistratus
partim metu mortis, partim desperatione rei publice paululum
a mea causa recesserunt, reliqui fuerunt quos neque
Repetitio terror, nec vis, nec spes, nec metus, nec promissa, nec mine
nec tela, nec faces a vestra auctoritate, a populi Romani dignitate a mea
salute depellerent. Princeps P. Lentulus, parens ac deus
nostre fortune memorie nominis hoc specimen virtutis, hoc in-
dicium animi, hoc lumen consulatus sui fore putavit, si
Repetitio me michi, si meis, si vobis, si rei publice reddidisset,
qui ut est designatus, numquam dubitavit sententiam
de salute mea et de re publica dignam dicere. Cum a tribuno
plebis vetaretur cum preclarum caput recitaretur, ne quis
Repetitio ad vos referret, ne quis decerneret, ne disputaret, ne lo-

quereretur, ne pedibus iret, ne scribendo adesset, totam illam
, ut ante dixi proscriptionem, non legem putavit. Qua civis
optime de re publica meritus nominatim sine iudicio una cum
senatu rei publice esset ereptus. Ut vero iniit, ingratum
non dicam quid egerit pro se, sed quid omnino egerit aliud quam
ut me conservato veram in posterum dignitatem, auctoritatemque
sanciret? Dii immortales quantum michi beneficium
dedisse videmini, quod hoc anno P. Lentulus fuit: quo
quanto maius dedissetis, si superiore anno fuisset? Nec
enim eguissem medicina consulari, nisi consulari vul-
nere concidissem. Audieram ex sapientissimo homine
atque optimo cive, et viro Q. Catulo, non sepe unum
consulem, improbissimum, duos vero numquam, excepto illo
Cessonii tempore fuisse. Quare meam causam semper
fore firmissimam dicere solebat dum, vel unus in re publica
esset consul, quod vere diceret, si illud de duobus consu-
libus, quod ante in re publica non fuerat, perenne, ac
proprium manere potuisset. Et si Q. Metellus, illo tempore
consul fuisset, non inimicus, dubitatis quo animo
fuerit, in me conservando futurus, cum in restituendo
auctorem fuisse id scriptoremque videatis. Sed fuerunt

Duo consules quorum mentes anguste humiles, prave opplete
tenebris, ac sordibus, nomen ipsum consulatus splendore
illius honoris, magnitudine tanti imperii, nec intueri,
nec sustinere, nec capere potuerunt. Non consules, sed merca-
tores provinciarum ac venditores vestre dignitatis: quorum
alter a me Catilinam amatorem suum multis audi-
entibus. Alter Cethegum consobrinum reposcebat, qui me
duo sceleratissimi, post hominum memoriam, non consules,
sed latrones non modo deseruerunt, in causa presertim publica
et consulari, sed prodiderunt oppugnaverunt omni auxilio
non solum suo, sed etiam vestro, ceterorumque ordinum spolia-
tum esse voluerunt. Quorum alter tamen nec me, nec
quemquam fefellit. Quis enim ullam ullius boni spem haberet
in eo, cuius primum tempus etatis palam fuisset ad omnes
libidines divulgatum? qui ne a sanctissima quidem
parte corporis potuisset hominum impuram intemperantiam
propulsare? qui cum suam rem non minus strenue
quam postea publicam confecisset egestatem? et luxuriam
domestico lenocinio, sustentavit, qui nisi in aram
tribunatus, confugisset, nec vim pretoris, nec multitudinem
effugere potuisset, qui in magistratu nisi rogationem de pira-

tio bello tulisset profecto egestate, et improbitate
coactus piraticam ipam fecisset, ac minore quidem rei publice
detrimento, quam intra media nefarius hostis, predoque consti-
tutus est, quo inspectante, ac sedente legem tr. pl. tulit
, ne auspitiis obtemperaretur, ne obnuntiare consilio
aut comitiis, ne legi intendere liceret, ut lex elia, ac
fufiana valeret, quam nostri maiores certissima subsidia
rei publice contra tribunitios, furores esse voluerunt. Neque
post ea, cum innumerabilis multitudo bonorum de capi-
tolio, supplex ad eum sordida venisset. Cumque adoles-
centes nobilissimi, cunctique equites Romani se ad lenonis
impurissimi abiecissent, quo vultu incincinnatus ganeo
non solum civium lacrimas, verum etiam patrie preces.
repudiavit. Neque eo contentus fuit, sed etiam in con-
tionem ascendit ea dixit, que si eius vir catilina re-
vixisset, dicere non esset ausus, se nonarum decembrium, que
me consule fuissent, clivi capitoli in penas ab equi-
tibus romanis esse repetiturum, neque solum id dixit
sed quos sibi comodum fuit compellavit. Lucium vero
equitem Romanum iam prestanti dignitate hominem ac saluti
mee pro familiaritate rei publice pro fortunis suis amicis-
simum consul impetuosus exire urbe iussit, et tu vos

alias ne

alias imperiosus

vestem mutandam censuisset, cuncti mutasset, atque ide boni omnes iam ante fecissent. Ille unguentis oblitus cum toga pretexta, quam omnes pretores edilesque tum abiecerant irrisit squalorem vestrum, et luctum gratissime civitatis fecitque, quod nemo umquam tirannus ut quominus occulte vestrum malum gemeretis, nil diceret, ne aperte incommoda patrie lugeretis ediceret. Cum vero in circo flaminio non a tr. pl. consul in contionem, sed a latrone archipirata productus esset, primum processit: qua auctoritate vir vini, somni, stupri, plenus madenti coma, composito capillo, gravibus oculis, fluentibus buccis, pressa voce, et temulenta, quod in cives et indemnatos esset, animadversum, id sibi dixit gravis, autor vehementissime displicere. Ubi nobis hec auctoritas tamdiu tanta latuit? Cur illustre, et elluationibus huius calamistrati saltatoris tam eximia virtus tam diu cessavit. Nam ille alter cessonius calventius ab adolescentia versatus est in foro, cum eum propter simulatam ueritamque tristitiam nulla res commendaret, quem pretereuntes, cum incultum horridum mestumque vidissetis. Et si agrestem, et inhumanum existimaretis, tamen libidinosum et perditum non putasti, cum hoc hoc, et cum Esopo si in foro constituisses, nihil crederes interesse, sine sensu

sine sapore elinguem, tardum inhumanum negotio tum capa- v. silicernium homi
torem, modo erreptum de grege venerium dicens. Idem als venantium
domi, quod libidinosus, quod impurus, quod intemperans, non
magis captus, sed porro intimis voluptatibus. Cum vero Studeo hic acstin
literas studere incepit, et cum Graeculis philozophari, tu
est epicureus non penitus illi disciplinae quecumque est de
ditus, sed captus uno verbo voluptatis. Habet autem magistros
non ex istis ineptis qui dies totos de officio ac de virtu-
te disserunt, qui ad laborem, ad industriam, ad pericula pro
patria subeunda adhortantur. Sed eos qui disputent horam
nullam vacuam voluptate esse debere, in omni parte corporis
semper oportere aliquod gaudium, delectationemque versari. His utitur
quasi praefectis libidinum suarum, hi voluptates omnes investigant
atque odorant, hi sunt conditores instructoresque convivii.
Idem expendunt atque extimant voluptates, senten-
tiamque dicunt et iudicant quantum cuique libidini tribuendum
esse videatur. Horum ille artibus eruditus ita contempsit,
hanc prudentissimam civitatem, ut omnes suas libidines,
omnia flagitia latere posse arbitraretur, si modo vultum
in forum detulisset. Is me quidem equidem non cognoveram,
cum propter Pisonis affinitatem, quam longe habuit als quam
ab genere cognito mena Cisalpinis sagulis abstulisset

Sed vos pplm q[ue] Ro[manu]m non consilio neq[ue] eloquentia, quod in mltis sepe accidit, s[ed] rugis supcilio q[ue] decepit. L. piso tu ne es ausus, isto oclo, non dicam isto animo, ista fronte n[on] uita tanto supcilio Non eni[m] possu[m] dice[re] tant[is] gest[is], cu gabino consociare consilia pestis mee. Non re te illius unguetoru[m] odor, non uini melitus non fro[n]s calamistri notata, vestigijs in eam cogitio[n]e[m] adducebat: ut cum illius re similis fuisses, fronte tibi integumeto ad occultanda, tanta flagitia, diuti[us] uti non licet[ur]. Cum hoc coire ausus es, ut consulare dignitatem, ut rei pu[bli]ce statu[m], ut senat[us] auc[torita]t[em], ut ciuis optime meriti fortunas, puinciaru[m] fede[re] addice[re]s, te consule tuis edict[is], et imperijs senatui po. q[ue] Ro. no[n] est lici[tum] non modo sententijs, atq[ue] au[ctoritat]e sua, sed ne luctu quidem, ac vestitu rei pu[bli]ce subuenire. Capue ne te pu[tabas], in qua vrbe domiciliu[m] quondam supbie fuit con[sulem] esse: sicut eras eo t[em]p[or]e, An rome in qua Ciuitate om[ne]s ante vos consules senatui paruere Tu es ausus in circo flaminio, productus cum illo tuo pari, dice[re] te semp[er] misericordem fuisse: quo v[er]bo senatu[m], atq[ue] om[ne]s bonos crudeles demonstrabas fuisse Tu misericors me affine tuu[m], comitijs p[re]rogatiue p[ri]m[um] Custodem p[re]fecas, q[uo]d kl. Jan[uariis] tertio tuo loco sma[m]

rogabas, conspectu tuo precipitem inimicis tradidisti. Tu meum
generum, propinquum tuum, tu affinem tuam, filiam meam, superbis-
simis et crudelissimis verbis a genibus tuis repulisti. Idemque
tu clementia at misericordia singulari, cum ego una cum
re publica non tribunicio, sed consulari ictu concidissem,
tanto scelere, tantaque intemperantia fuisti, ut ne unam
quidem horam interesse paterere, inter meam pestem
et tuam predam, saltem dum conticesceret illa lamentatio,
et gemitus urbis. Nondum palam factum erat occidis-
se rem publicam, cum tibi arbitria funeris solvebantur. Uno
eodemque tempore domus mea diripiebatur, ardebat, bona
ad vicinum consulem, de palatio deferebantur, iisdem
operis suffragium ferentibus, eodem gladiatore, latore, vacuo
non modo a bonis, sed a liberis, atque inani foro, ig-
naro populo Romano, quid ageretur, senatu vero oppresso et af-
flicto, duobus impiis, nefariisque consulibus, erarium,
provincie, legiones, imperia donabantur. Horum consulum
ruinas vos consules, vestra virtute fulsistis, summaque
tribunorum, pretorumque fide, et diligentia sublevastis. Quid Hic commendat Milonem
ego de prestantissimo viro Tito Annio dicam? aut
quis de tali cive satis digne umquam loquatur? Qui cum
videret sceleratum civem, aut domesticum potius hostem

si legib; uti liceret iudicio esse frangend; ne ipa iudicia uis impediet ac tollet / audaciam virtute / furorem fortitudie temeritatem consilio / manum manu / vim vi / esse superandam qui primo de vi postulauit postq; ab eodem sublata iudicia esse vidit / ne ille omnia vi poss; efficere curauit / qui docuit / neq; tecta / nec templa / nec forum nec curiam sine virtute summa / ac maximis opibus et copiis / ab intestino latrocinio / posse defendi qui primus post meum discessum metum bonis / timorem huic ordini / servitute depulit ciuitati / Quam rationem pari virtute aio fide P. sextius secutus / pro mea salute / pro statu ciuit nullas sibi inimicitias / nullam vim / nullos impetus / nullum discrimen vitand; umq; putauit qui causam senatus exagitatam contioni-bus / improborum / sic sua diligentia multitudie commendat. Ut nichil tam populare q; vrm nome / nl tam omib; carum aliq; q; vra auctas videtur qui me tum omnib; reb; quib; tr. pl. potuit defendit / tum reliquis officiis iux ac si meus frater / eet sustentauit. Cuius ego clientib; libertis / familia / copiis litteris ita sum sustentatus ut mee calamitatis non adiutor solum / verum etiam socius videtur Iam cetera officia / studia vidistis / q; cupid

Commendat aliud virum

alias carum

Articulus

Repeticio

me textilius quam studiosi mei quam vobis carius fuit in causa.
Quid M. Cispius? cui ego ipsi parenti fratrique eius sen-
tio quam debeam, qui cum michi voluntas eorum in privato iu-
ditio esset offensa, publici mei beneficii memoria priva-
tam offensionem oblitavit? Iam T. Fadius, qui michi
questor fuit, M. Curtius, cuius ego patri questor fui, studio
amore animo huic necessitudini non defuerunt. C. Fabricius — Articulus
si que de me agere conatus est, ea contra vim et ferrum
perficere potuisset, mense Ianuario nostrum statum recuperasset. Quem
ad salutem mea voluntas impulit, vis retardavit,
auctoritas vestra revocavit. Iam vero pretores, quo animo — Commendat pretores
in me fuerunt vos existimare potuistis. Cum exilius
privatim me suis omnibus copiis studuit sustentare,
publice promulgavit de mea salute cum collegis
pene omnibus, direptoribus autem meorum bonorum ius ade-
undi potestatem non fecit. M. autem Calidius statim desig-
natus sententia sua quam esset sibi cara mea salus
declaravit. Omnia officia C. Septimii, Q. Valerii, P.
Crassi, Sexti Nevii Quintilii, C. Cornuti summa et in me
et in rem publicam constiterunt. Que cum memorata no-
minentur, non illorum in me nefarie commissa pretereo. Non — Nota 
est mei temporis iniurias meminisse, quas ego si ulcisci posse

tamen obliuisci mallem. Alio transferenda mea vita est
tota vt bene de meritis referam gratias, cum apertis hostibus
bellum geram, timidis amicis ignoscam, proditores non
iudicem, dolorem profectionis mee redditus dignitate con-
soler. quod si nullum michi esset officium in omni vita reli-
quum, nisi ut erga duces ipsos, et principes atque autores
salutis mee, satis gratus iudicarer, tamen exiguum reliqu
vite tempus non modo ad referendam, verum etiam ad commemo-
randam gratiam, michi relictum putarem. Quando enim ego huic
homini ac liberis eius, quando omnes mei gratiam referent? que
memoria, que vis ingenii, que magnitudo obseruantie
tot, tantisque beneficiis respondere poterit? qui michi primus
Contemptio — afflicto et iacenti consularem fidem dextramque por-
rexit? qui me a morte ad vitam, de desperatione ad spem,
ab exitio ad salutem reuocauit, quanto amore in me stu-
dio, in rem publicam fuit, ut cogitaret quemadmodum calamitatem
meam, non modo leuaret, sed etiam honestaret? Quid
michi magnificentius, quid preclarius accidere potuit quam
Repetic° — quod illo petente vos decreuistis: ut cuncti ex omni Italia
qui rem publicam saluam vellent ad me vnum hominem
fractum, et prope dissipatum, restituendum et defendendum
venirent. Vt qua voce te Romule, post fama (Romam) condita

consul usus esset, pro derelicta republica apud eos plurimi
qui eius vocem exaudire possent, eadem voce senatus
omnibus agris atque oppidis cives, totamque italiam, ad unius
salutem defendendam excitaret. Quid ego gloriosius meis
posteris potui relinquere, quam hoc senatum iudicasse qui ci-
vis me non defendisset //cum rempublicam me salvam esse // alias civis
noluisse. Itaque tantum vestra auctoritas, tantum eximia consulis
dignitas valuit, ut omnis flagitium se committere pu-
taret, si quis non venisset. Idemque consul ad illa
incredibilis multitudo Romam, et pene Italia ipsa
venisset, vos frequentissimos in capitolium convocavit,
quo tempore quantam vim nature bonitas haberet, aut natura
nobilitas intelligere potuistis. Nam Q. metellus
et inimicus et frater inimici perspecta vestra voluntate
omnia privata odia deposuit, quem P. Servilius vir tum
clarissimus, tum vero optimus, michi ~~vestra voluntate omnia~~
~~privata odia deposuit, quem P. Servilius~~ et amicissimus
et auctoritatis et orationis sue divina quadam gravitate, ad sui
generis communisque sanguinis facta virtutesque revocavit //ut // alias deesset
haberet in consilio, et fratrem ab inferis socium rerum mearum
et omnes metellos, prestantissimos cives pene ex ache-
ronte excitatos, in quibus numidicum illum metellum cuius

quodam de pria decessus honeste omnib; luctuosus tande
visus est Itaqz dimittit no mo salut defensor qui ante
hoc unu beneficiu fuat inimicq. Veru etiaz ascriptor
dignitatis mee Quo quidem die que p. lentulus michi
fratriqz meo. liberisqz nris natalem constituit, no mo
ad nram verum etiaz ad sempiternam memoriam
tpis nos comitijs centuriatis accivit in patriam.
Ut eedem centurie que me consulem fecerunt consula-
tum meu comprobarent. Quo die quis civis fuit, qui
non nefas esse putaret, quacuqz aute etate, aut vali-
tudine esset, non se de salute mea, sententiaz ferret
qn tantaz frequentiaz in campo tm splendore Italie
totius, ordinumqz oim, qn illa dignitate tutores custo-
desqz vidisset Itaqz p. len. bnficio excellenti, atqz di-
vino no solu reducti sumus in patriaz, sed equis insigni-
bus et curru aureato reportato, possum ego satis in
Cn. pompeium qz gratus videri, qui no solum apud
vos qui idem sentiebatis sed etiaz apud universum ppli
Repeticio salute p. R. et conservata p me, et coniunctaz esse
cum mea dixit, qui causam meam prudentibus
commendavit, imperitos edocuit, eodemqz tpe improbos
auctoritate sua compressit. bonos excitavit, qui p. R.

pro me tamquam pro fratre, aut parente non solum hortatus
sit, verum etiam obsecrarit, qui cum michi amicissimus
semper fuisset, etiam ut suos necessarios michi amicos redderet
elaboravit, Quibus autem officiis beneficia titi anni re-
munerabo, Cuius omnis racio cogitatio, totus denique tribunatus
nichil aliud fuit, nisi constans, perpetua, fortis invicta
defensio salutis mee, Quid de p. sextio loquar, qui
suam erga me benivolentiam, et fidem non solum ani-
mi dolore, sed etiam corporis vulneribus ostendit, Vobis vero
patres conscripti, singulis, egi, et agam gratias universis
egi initio quantum potui, satis ornate agere nullo modo possum
et quamquam sunt in me precipua merita multorum, que sileri
nullomodo possunt, tamen huius temporis, ac timoris mei non
est conari commemorare beneficia in me singulorum
Nam dificile est non aliquid nefas, quemquam preterire
Ego vos universos patres conscripti, deorum numero colere de-
beo, sed ut in ipsis diis immortalibus non semper eosdem
atque alias, alios solemus, et venerari etiam precari, sic
in hominibus de me divinitus meritis omnis erit, etas michi
ad eorum in me merita predicanda, atque recolenda, Hodi-
erno autem die nominatim a me magistratibus statui gracias

grās

esse agendas, et de privatis viris, qui pro salute mea muni-
cipia colonias que adessent, populum supplex obsecrasset
sententiam dixissetis, sed eam qua vos michi secuti dignitatem
michi meam reddidistis. Vos me florentem semper ornastis
laborantem, mutatione vestis, et prope luctu vestro quoad licuit
defendistis, nostra memoria senatores ne in suis quidem
periculis mutare vestem solebant, in meo periculo senatus
veste mutata fuit quoad licuit, per eorum edicta qui mea
pericula non modo suo presidio sed etiam vestra deprecatione
nudarunt. Quibus ego rebus obiectis, cum michi privato
confligendum viderem cum eo exercitu quem consul non armis
sed vestra auctoritate superatum, multa mecum ipse reputavi. Dixerat in
contione consul, se clivi capitolini penas, ab equitibus
Romanis repetiturum, nominatim alii compellebantur.
Alii citabantur. aditus templorum erant non solum presidiis
et manu sed etiam demolitione sublati. Alter

Convertit se ad alium consulem

consul ut me et rem publicam non modo desereret, sed etiam
hostibus reipublice proderet pactionibus, eos suorum premiorum obli-
garat. Erat alius ad portas cum imperio, michi multos
annos, magnoque exercitu quem michi inimicum fuisse non
dico tacuisse non diceretur esse inimicus scio. Cum viderem
senatum ducibus orbatum, me a magistratibus partim oppugnatum

ptim proditu ptim delictu, equites Romamanos pstp^a Vales pteritos
uastitat, tedis motu esse ... metos. Potui p. C. mltis
autoribz fortissis vir, me iij vi armisq defende. Nec
michi ille ipe aius idem meis vobis no incognitus
defuit Sed videbam, si vicissem puter adusariu nimi-
um, mltos michi alios esse vincendos, si victus eez
mlts bonis, et pro me, et mecu etiam esse pereundu
Tribunitijs q sagbis ultores esse putes mee morte
penas iudicio, et posteritati reseruari volui, cu cosul Contepo
commune salute, sine ferro defendissem, meaz puatz
armis defende armis nolui. Bonosq viros luge mal-
lui, meas fortunas, q suis desparare. Ut si solus esse Arguit p applexioz
interfectus, michi turpe, si cum mltis, r. p. funestu
fore videbam. Q si michi eterna esse erumnam
propositam arbitrarer, morte me ipe potius q sempi-
terno dolore multassem, Sz cum vidz, me no diu-
tius q ipaz rem pu(bli)cam, exhac urbe affuturu. Neq ego
illa extincta, remanendu putaui, et illa siml ac
reuocata est, me secu pariter reportauit. mecu leges,
mecum questiones, iura magistratuu, mecu senatus
autas, mecu libertas, mecu etiaz frugum ubertas. Me-
cum deoz et hoim sanctitates, omnes et religiones

affuerunt: que si semper absent. magis meas fortunas lugerent, quam desideratam meam sunt alii renovarentur intelligebam michi cum illis una esse redeundum. Cuius mei sensus certissimus testis est. hic idem qui custos capitis fuit Cn. plancius, qui omnibus provincialibus ornamentis commodisque depositis totam suam questuram in me sustentando et conservando collocavit: qui si michi questor imperatori fuisset in filii loco fuisset, nunc certe erit in parentum cum fuit questor non imperii sed doloris mei. Quapropter p. c. quoniam in rem publicam sum pariter cum re publica restitutus, non modo in ea defendenda nihil minuam de libertate mea pristina, sed etiam adaugebo Etenim si eam tunc defendebam cum aliquid illa debebat quid nunc me facere oportet cum ego illi plurimum debeam. Nam quid est, quod animum meum frangere aut debilitare possit. Cuius ipsam calamitatem non modo nullius delicti sed etiam in rem publicam beneficiorum divinorum testem esse videatis. Nam importata est quia defenderam Civitatem et mea voluntate est, ne a me defensa res publica per eundem me extremum in discrimen vocaretur. Pro me non ut pro publio popilio nobilissimo homine adolescentes filii flentes ac sordidati populo Romano supplicaverunt

Utitur argumento

Sed unus frater, qui in me pietate filius, consilijs parens, amore ut erat frater inventus est squalore et lacrimis, et quotidianis precibus desiderium mei nominis renovari, et rerum gestarum usurpari coegit. Qui cum statuisset nisi per vos me recuperasset eandem subire fortunam atque eiusdem sibi idem domicilium, et vite, et mortis deposceret, tamen numquam nec magnitudinem negotij, nec solitudinem suam, nec vim inimicorum, ac tela pertimuit. Alter fuit propugnator mearum fortunarum, et defensor assiduus, summa virtute et pietate. G. piso gener qui inimicitias inimicorum meorum, qui inimicitias affinis mei propinqui sui consulis, qui potuit qui Bithiniam, questor pro mea salute neglexit. Nichil umquam senatus de P. populo decrevit. Numquam in hoc ordine Q. metelli mentio facta est Tribunicijs sunt illi rogationibus, nulla autem senatus restituti. G. marius. qui hac hominum memoria tertius ante me consularis tempestate civili expulsus est, non modo a senatu restitutus non est, sed reditu suo senatum cunctum pene delevit. Nulla de illis magistratuum consensio nulla ad rem publicam defendendam populi Romani convocatio, nullus Italie motus, nulla decreta municipiorum et coloniarum extiterunt. Quare cum me

vta autem arcessit per se revocavit res publica imploravit
Italia tota pene suis humeris reportavit non committam
patres conscripti at tum eo michi sint restituta que in potestate
mea non fuerunt cum non habeam que ipse prestare pos-
sim presertim cum illam amissa recuperaverim virtutem
et fidem nunquam amiserim : ~
Non tuer

M. T. CICERONIS ORATIO PRO SE IPSO INCIPIT FELICITER AD POPULUM



Nota quod Cicero nunquam edidit hanc orationem



I qui inimicorum impetu propulsare
ac propellere cepistis defendite non vim
uersi vim qui ne omnes occideret
ardore mei capitis periculo non du-
bitavi provide Nam quem virtutis
gloria cum summa laude extulit
ad celum eundem inimicorum invidia
indignissime oppressum deprimit

als. cepistis

ad supplicand(um), Si liberorum conceptam dulcedinem animo
inclusam retinetis, nolite eo velle carere, qui tristissi(m)que
marum procreatorum sibi esse dixit. Est enim liberale officium
serere beneficium, ut metere fructum fidei possis conducti in
loco debitum retribuere. Illic enim animi voluntas expen-
sa comprobatur, hic memoria collaudatur. Itaque si
omnibus iugum servitutis esse debetur, in libertate eductis, sit
in animis vestris caritatissimus acceptissimus, qui a vestro corpore
iugum acerbissimum repulit servitutis, et si maiores vestri
eos imperatores, qui militum virtute hostium fregerunt
furorem, iocundissimo fructu libertatis reconciliato, non
solum statuis dignos putaverunt, sed esse eterna dum-
taxat laude decorarunt, cum vos cum consulem, qui
neque non militum pudenti fortitudine, sed sua eximia
animi virtute hostilem civium mentem, senatusque auctoritate
vindicavit Existimate vobis reticiendum esse in causam
si qua beneficia singulis civibus privatim conceduntur, ea
solent iis esse fructuosa, a quibus sunt profecta. Tute
et merito possum ego, ad defensionem mee salutis adhor-
tari, quos conservavi universos. Nam neque manus
est, defendere unum quam populum. neque ~~alius unum~~ verius
a singulis quam ab omnibus. Repetere officii premium. et fructum

alias dixit / Serere beneficium

alias unum etiam

alias necem

alias unum

Conclusio / Articulus.

propterea quod unius periculo sepe contentio parta est. Ut levis sit labor defensori sustinendus In r. p. insidiis, quo firmior est qui oppugnat, eo paciores sunt infirmi, ut his, nisi magna solicitudine, industria, virtute resisti non querit, et singulorum opes sepe sunt tenues, et infirme ad grauem deferendam. Ut opitulari lumine rentibus nequeat, si maxime cupiat, omniusforum auxilium eo plurimum prodest, quo firmioribus est amicorum. Jure igitur tum maior impensa in priorum officium facta est, quam inspirata fuit defensione, plus a vobis presidii, quam a ceteris opis ad salutem potest afferri. Vos obtestor, quos michi et debere, et posse intelligo opitulantes. Non convenit enim cum ego, ad promerendum officium tam fuerim expeditus, vos ad grauem defendam esse tardiores. Nec cuius amplitudinis et glorie laudibus, et honoribus amplificare debet, eius incolumitatem et salutem deferendam existimet. Errat enim si quis arbitratur cum Tullium idcirco in periculum capitis vocari, quod deliquerit aliquid quod priorum leserit, quod improbe vixerit, non citatur reus audacie, sed virtutis reus citatur. Non accusatur, quod rem p. oppugnavit, sed quod homo novus, perniciosum nobilium restrinxit furorem. Non obstet michi nocens, et turpis, sed honestissime laudatissima quod

scelerat

uita, non odio bonorum, sed inuidia improborum malorum
Intelligere homines, tot etiam preclaris testimoniis me- *Sile cadens*
minerint quod virtute comparatum Marcum Tullium, dum sit
incolumis fore voluptati, facto vitam eripere cupiunt 
Ut cum spem sensum quoque adimant iocunditatis. Nonne
igitur indignum, in eos sceleris meis inuidere, qui virtute
certare noluerunt, eos in contemptum venire honores qui
officiis se superari animo equissimo tulerunt. Si dulcis est
gloria consequare virtute, noli abicere labores, pete honores
Dico primo vos famam, fortunas familias liberos caput
corpus ipsum denique sanguinem atque animam. Cedo inuitus
de republica cedo officiis de fortuna de dignitate, discedo a re
publica victus audacia malorum, liceat manere, si non illum
Marcum Tullium custodem urbis, defensorem omnium presidem
patrie, at certe reliquias Tullii liceat in conspectu ci-
uium in hac urbe quam ex parricidarum faucibus eri-
puit remanere tecta omnium, prophana deorum inmissam videre
pericula civitatem, liceat ex hac flamma euolare, presertim
me, qui illud impium incendium proditorum hominum, lacrimis
potius meis, quam vestro sanguine restinguere malui. Neque
ego peto, ut michi detis vitam, sed datam repeto.
Ut reddatis si remiseritis, quod dedi, non debet istorum obli-

nisi, retribue, quod debuisti. Vos vos obtestor dii immortales, qui mee menti lucem pretulistis: cum consensu coniurationis extinxi: arcemque urbis ab incendio, et flamma liberavi, liberosque vros a gremio et complexu matrum ad cedem et cruorem non sum passus abstrahi. Non igitur potest fieri a clientibus, ut recipiatur: cum a quibus retineri debeat, reiicere instituat? Docti quam fugient: cum aditus custodi preclusus sit? Quo spes salutis reliquis residebit: cum civibus preclusa sit? Expectatio incolumitatis pax, et concordia ex eius gignitur, cum domesticis non insidiatur, sed publice providendi reperiatur. Nam quid ego improborum facta renovem oratione. Ut reintegratione illius quiritatoris vulnera aiorum nostrorum. Auxilium ab alienis efflagitabitis, cum cives deseratis seniores in vocem subsidium cum a civibus interclusum sit, presidium quam colere gentem non instituimus. Utrum custos accipiatur, an ut proditor excludatur, si ut conservator vestra erit ignominia, si ut oppugnatoris, preciosa erunt nomina. Itaque quod putavi fore gaudium, id extitit exitio. Si quirites eundem

Contemplatio

in certorum periculis habemus animum in vestris difficultatibus et quam innocentissimorum oppugnatorum, et nocentissimum

queque oppugnare, nobis utilissimum esse ~~arbitrer~~ arbitrerem
Et si cum optimi cuiusque rebus adversis, meam salutem, cum
deterriorum ac sedis, mea pericula putarem coniuncta, fre-
quentes talibus profecto conatibus obviam ire videmur.
neque partim innocentia, partim freti nobilitate vixi
partim potentia ac multitudine amicorum fulti; Cum perfa-
cile existimem adversariorum vim, ac factionem a nobis re-
pelli posse, subito ipsi simili periculo circumventi:
in meo eventu aliorum reminiscentes casus iure id nobis
accidere, neque quemquam queram. Quis enim est quantumvis (tales), qui
cum inimicorum meorum vim, ac violentiam perspiciat
Cumque meum periculosissimum amicum recognoscat, qui
non sibi, ac suis diffidat fortunis, quo enim se satis
tutum arbitrabitur presidio virtutis gloria, ea nos ipsa
hoc tempore oppugnat multitudine amicorum aspernere for-
tasse amicos, si in eorum potestate mea sita sit nisi non
est paucitate inimicorum Ut id non in nostris, sed in
aliorum voluntate positum est, Nam non satis est ne
cui iniuriam facias providere, si tamen sint voluntarii
quam inimici: qui tuis te premiis oppugnet, Utque
adeo, cum hec omnia omnibus sint communia, atque acerba-

facere iniuriam

tur vo nobis miseria, atque intolleranda, quorum et officia
in rem p. frequentissima in familia versantur. Nunc si
eadem condicio disceptoris proponetur, equi auditores adhi-
bentur. Iudices non obtuse examinare, si vacue probabunt
, qui sunt assecuti summum gradum honoris non dispolia-
buntur honore. qui sperant facilius, et prodimus ad
laudem nobilitatis pervenient, quam obrem volo me
ducem supplicii vos ad fraudem adducant. ego ad
pessimum statum recidam causis mei. Nunc igitur se legibus
concertandum est innocentie virtute fretus sumpsi si sita
comprehensanda sunt, conferam equitate. Si violentie
impetu deprimimur decidam, pro omnibus unus tribunitio
furori, qui laborem pro cunctis perferre consuevi. Si
igitur aliquo tempore his hominibus consuluisti quorum animi
religionis pietate defuctus. Debetis michi quam prospire
qui numine deorum consacratum, sacrum re tectum, ab omni
periculo conservavi, ut et vos et tuta ac tranquillam
fortunam trahetis mea protecti mea vigilantia
. Nunc me, quem paulo ante fortuna erexerat ad gloriam
virtute extollit ad laudem. Populus tribuit honorem eundem
tribuni furor exagitatum depellit, ad calamitatem quem
quem animadvertit illam conspirationem conflatam. ita ee

restinctam . ut nulla scintilla incendii compareat. Vos
quoque tribunitiam sedate temeritatem qui non se michi in-
iquum ostendit . Sed verum prius esse professus est inimicum
. Et ne ei crudelitas in me experta in vos convalescat
et calamitas et remorata longius serpat . ac progre-
diatur . providete. Nunc vel solus defectus . ad calamitatem
vel primum ad tale evocatum periculum . omnem amicos iure
debeo commovere . omnia sunt immutata . manus reli-
gantur ad demonstrandam iniuriam . lingua incidit
ad deplorandam calamitatem . animus precludit[ur] . ad expone-
dam rei indignitatem . humilitatem generis obiciunt nobis
. qui novam racionem suscitant . veteres maiorum oppeterant
laudes . Sed quid ego plura de illorum . aut in me maledictis
aut in vos scelerate loquar factis . quorum cognita impro-
bitas me tacente coarguitur . turpitudoque vite . et de
his non sit necesse infinitos predicare . de quorum scelere
ne amici quidem aut ipsi possunt negare . Vos ego ap-
pello . quorum de me maxima est potestas . apud vos loquor
de mea calamitate . quos habui semper innocentie
et virtutis mee testes . Agitur ex civitate benemeritus
de republica civis exturbatur . innocens expellitur . homo
consularis non inimicus . usus quidem facultatibus amicorum

Nota

al' tuleritis

Nunc primum ab inuidis, partim ab impiorum manentis eget igne. Huic si operam non tuleritis, in periculo capitis vos credo retinebitis vestram libertatem, qui neque tanta valetis auctoritate, neque tantorum officiorum impensam egistis in patriam. Michi credite, Hoc in uno incomodum est confirmatum, multorum infirmabit incolumitatem. et si in foro non erit refrenatum impune ad omnium pernicie conualescet. proinde, aut in meo periculo salutem integra prestate. Noscite autem in viris hoc idem incomodum experientie fortunis. Nemo tam perdita auctoritate, tam facinorosa inuentus est uita, qui cum de scelere fatentur, non tamen sententijs prius

al' B | iudicium committetur quem supplicio adicitur, ego repente

al' vi | in tribunitia correptus, non modo loquendi, libere in iudicio sed ne consistendi, quidem in ciuitate, habeo potestatem. Eijcior et non solum sine teste, sine iudice, sine crimine, sine accusatione, sed sine etiam scelere, hostibus in bello, qui dissident, uoluntate ciuitatis armis uitam quotidie, oppugnant, in ipsa acie, cum presliantur, licet loqui, licet disputare, michi in pace cum, qui proditorum hominum fregi furorem, pro fortunis meis, apud vos loqui non licebit.
Seruis qui ad supplicium liberis, cum si trahuntur, apud vos sepe disputant, quos necare voluerunt ego consularis

apud eos. non loquar, quos consueveram. Tacebo si necesse
est. Tacebo inquam animo equo, quoniam virtus mea me ta- ‖ als tacere
cere agit, causam meam. Itaque ut ego in contentacione
mea nichil pono, de meis rebus gestis, tu in animis et memo-
ria vestra largius relinquo. Isti modo iudicant qua ratione
hanc meam in vita fugam ferre possint. Et enim si a me
ut ipsi existimant. lentuli mortui, sordes. si amencia
Cethegi, si luxurias aut stupra. Cassii penas reputant,
Profecto iste hora nulla cicero tulio, vacua a periculo
aut expectacione periculi relinquitur. Ita in diebus, non meis
insidiis, que nulle a me parantur. sed suorum scelerum conscientia
cruciati michi absenti, in presenti. dabo penas. Quamobrem.
ego inimicorum amencie. cupiditatique paucorum, omnium salu-
tis causa decedam, neque meam deducam, aut progredi pati-
ar, ut opera mea manus inter vos, inter vos conserantur.
Cedesque civium inter se fiant. Multoque potius ipse patria
liberisque meis carebo, quam propter unum me, de fortunis veris
rei publice. dimicetur. Sic enim ab inicio fui animatus
ut non magis me mea causa putarem esse natum, quam rei
publice. Sed illud queror. quod non iam ad unius perniciem
sed ad universorum servitutem calamitate conqueri, conmisari

Mors

, dicere, expugnare suspitionem dimovere, crimen diluere, non
licere, ore oppresso teneri eos esse perbendas, que tu omnia
non tam sunt calamitosa quam michi sunt subeunda
quam periculosa, que in tempictan sunt introducta / Quam-
obrem statutum est atque decretum in his temporibus cunctis,
omnia pati que volet furor libidinosus vim volunt afferre
presto sum, citare volunt, exeo in dictam causam volunt audi-
re causam Non dico aliud quippiam, conantur agunt
nil acerbi michi erit, quod rem publicam pre tutabit. Non enim
invitis illis cedo, si inuoluunt, vobis me condono, neque
enim mors miseranda est, que ob rem p. cupitur, neque
exitium turpe quod virtute suscipitur Eum postrum nonnullam
hec pene habent in se consolationem Nam vitam se eri-
piunt non adiment gloriam / mortale si exilio mulctabunt
corpus non animum a rep. removebunt Nam ubicumque
ero, hec cogitabo, si semper cura mea, meque vobis erep-
tum, non a vobis repudiatum existimabo. Illud ab uni-
versis peto, postuloque, si dum in Civitate manere licitum
est Nemini iniuste, periculum creavi, Nemini innocenti
fui calamitati, si omnibus auxilio, presidioque esse consuevi
plurimosque in hac Civitate sum tutatus, uti vos liberos
meos in vestram fidem recipiatis eosque defendatis

neve insignitos meos longius, et familiam meam
progredi patiamini. Utique sive hinc abiero, sive hic ero
oppressus, ea maneat opinio et existimatio, que virtu-
te parta, que in felicitate illata est. Nunc ego te Iuppiter optime
maxime (optime maxime) O. M. cuius nutu ac dicione sola terrarum guber-
nantur, teque principes tonantis socia regni, regiaque Iuno
teque Tritonia, armipotens (dea asupore) gorgophona Pallas, Minerva
ceterique dii deeque immortales, qui excellenti tumulo
civitatis sedem Capitolii in saxo incolitis constituta
ut non solum tuta intui, sed etiam tueri possitis civitatem
A quorum altaribus ego impiam tuam manum removi, a
quorum templis meo periculo funestam reppuli flammam
Ne illustrissimum orbem terrarum monimentum, tu principe
omnium rerum occidet civitatem. Teque Iupiter Stator, quem vestri
huius imperii statorem maiores nostri nominaverunt.
Cuius a templo hostilem impetum Catiline reppuli
amore cuius templum a Romulo victis Sabinis in palatii
radice cum victoria est collocatum. Oro atque obsecro
ferte opem, pariter rei publice, rateque civitate, meisque for-
tunis. Resistite tribunicio furori, favete innocentie,
subvenite solitudini, misereamini senectuti. Nolite eum
supplicem vobis abstrahere, et excludere, qui in suo ingratu

funestam facem. a vris reppulit templis. Si G. maio
auxi° fuiste, q in cliuo capitolio, nyphoz ciuium ferat
cedem. Si que scipioni, q hanibalis furibunda, mte
a vris reppulit tempulit templis. Si denique Gn. pom-
peio, q tra, mariqz hostes reddidit paratos. sic nunc
in meis calamitatibz, aliqua ferte opem diuinam.
vel affuistis
ut sepe multoz piculis fuistis, sic nunc in meis calai-
tatibz miseris aliquid diuini auxi, et nunc ostendite
Dem vos quoz ptas pxia ad deoz immortaliu
numen accedit, oro atqz obsecro, quibus singilatim
sepe supplex ad pedes iacui. ut eum que singuli
stratu, atqz abiectu subleuastis, nunc viuusi co͞suatu
uelitis, Si nemiez vnqz vrm lesi, si nemi innoceti
obfui, s etiaz egi°, et quisqz meu auxiliu deside-
rauit, opem ferre non dubitaui, si denique queuqz
administraui ex vra aute, et prum conscriptoz volute
feci, si malui inimicoz cupiditati qz rei publice
et legitime aucti penas sufferre, uti existimetis illo
crudelissio inimicoz impetu ereptu in antiqum statu
dignitatis restitui conuenire. Sed qm neqz michi li-
bere loquendi, neqz vobis clementer iudicandi, nz
vel q
omo iudicandi patroz furore, et audacia sitra est

potas, quam oppressa est res publica armis et tua debilitata quamdiu, cum liberam potestatem ducendi ullam habeat potestatem. Cedam inermis armatis, innocens nocentibus, privatus furibundo ingratum. Neque enim C. Varro, tribuno plebis || inferiori, Metellus, qui etiam de sua virtute dutaxat, quod cessit L. Saturnino furenti, neque Cotta, et C. Varro tribuno plebis inferiori genere orto cedendum putavit, nec C. Marius, qui tantas res gessit, vestra vobis libertas iudicio esse potuit, ut vos M. Tullius, suum animum a vestra abalienatum putaret. Cum potius vobis obsidem sui animi, vestram reliquerit libertatem. Quamobrem testor deos, deasque immortales, vestrasque maxime mentes, me non vite turpitudine, non propter reliquie etatis infamiam, penas iure, et lege persolvere, sed propter virtutis invidiam, propter iocundissimam ingenii laudem, propter magnitudinem rerum gestarum, crudelissime, tum te privari. Et si idem accidit C. Scipioni, et Mantino Scrutilio, michi quoque hoc accidisse non magnopere erit

CVXI mirandum. Cum presertim non sepius generis antiquitate sed virtutis ornamentis summam laudem sim consecutus. Nunc ego vos equites Romani obtestor, quorum virtutem Nomen Romanum, victoriam tu laude possidet consecutam

|| al. cederem

quorum facto gloriantur Ciues, letantur socij, gemuit hos-
tes, Vt si erga vos omni tempore optime animatus fui, si mea pi-
cula neglexi, dum timorem a patria expulsarem, si eque
liberorum vestris prospexi, at vos pro parentibus consuestis Vt   l[itte]r[a] al[ias] consueui
me nunc velitis vestris opibus defensum, incolumem in hac
Ciuitate retinere: Que cum a scelerata coniuratione
esset incensa, meo luctu ac labore restituta est Nec
patiamini me a meis liberis abstractum, a coniuge ab-
reptum ab aris, forisque immocente proiectum vita degere
in exilio Miser mortalis causam subire, proicitur
Tulius in exilium Itaque in miserie innocens ab iniustis
, religiosus a scelerato, beniuolus hominum ab hoste, O
misera vite ratio: que tam diu resides in voluptate   O MISERA
quamdiu fortune possit libido, Ego ne inimicus hominum
Quamobrem? quia infinitos necaui, Ego ne hostis
? Quid ita? quia hostes interfeci: Heu condicionem
condicionem huius temporis Antea gloria, ac laude dignissimi
ducebantur, qui hec perfecerunt, Nunc scelerati, ac parricide
esse dicuntur, qui hec administrarunt Sunt sane scelerati
semper istorum gloria, si non victoria appellanda est
in qua ciuitate inest luctus, hec hec palmam, ex innocentis
centis cruore. Tantum illud a vobis equites Romani

peto et rogo, ut quem sepenumero vestra laude cohonestastis, eundem indubitatis uite periculis vestra virtute confirmetis etc.

Mon ... tuer

M. T. CICERONIS ORD. IN VATINIUM TESTEM INCIPIT



I tua tantummodo vatini quod indignitatis postularet spectare voluissem fecissem sed quod ius vehementer placebat, ut te cuius testimonium propter turpitudinem uite sordes que domesticas nullius momenti putaretur tacitus dimitterem Nemo enim horum ita te refutandum, ut quemadmodum aduersarium, aut ita rogandum ut religiosum testem arbitrabatur, Sed fui paulo in te intemperantior fortasse quam debui. Odio enim tui iniquitatis etsi omnes propter tuum in me scelus superare debeo, tamen ab odio

pene vincer. Sic sum incitatus, ut tu te non minus
contemnerem quam odissem. Itaque vexatum potius quam despectum
vellem dimittere, Quare ne tibi hunc honorem a me haberi
forte mirere, quod interrogem, quem nemo congressu, nemo
aditu, nemo suffragio, nemo civitate, nemo luce dignum
putet, nulla mea causa impulisse, nisi ut ferocitatem
istam tuam comprimerem et audaciam frangerem, et loquaci-
tatem paucissimis interrogationibus irretitam retardarem.
Etenim debuisti Vatini, etiam si falso venisses in sus-
picionem P. Sextio, tamen michi ignoscere, si in tanto hominis
de me optime meriti periculo et tempori eius, et voluntati
parere voluissem. Sed hesterno pro testimonio esse
mentitum, cum affirmares nullum tibi omnino cum Albinovano sermonem
non modo de Sestio accusando, sed nullam umquam de ulla re fu-
isse, paulo ante imprudens iudicasti et T. Claudium
tecum communicasse, et a te consilium P. Sexti accusandi petisse
Et Albinovanum, quem antea vix tibi notum esse dixisses
domum tuam venisse, Multa tecum locutum deferes. denique
contiones P. Sesti scriptas te Albinovano dedisse. Easque
in hoc iudicio recitatas. In quo alterum est confessus
a te accusatores esse instructos et subornatos. alterum
in constantiam tuam cum levitate, tum etiam periurio implicatam

al. sexto

refelisti Nimium es vehemens feroxque natura Non
putas fas esse verbum ex ore exire cuiusquam, quod non
iocundum et honorificum ad aures tuas accedatur Venisti
iratus omnibus · quod ego, simul ac te aspexi priusquam
loqui cepisti · Sensi · atque providi · Repente enim te
tamquam serpens e latibulis, oculis eminentibus inflato col-
lo, tumidis cervicibus intulisti Sed quero a te Cur Corne-
lium non defenderem Num legem aliquam Cornelius contra
auspicia tulerit · Num heliam, Num fusiam legem illise-
rit, num consuli vim attulerit Num armatis hominibus te-
plum tenuerit, num intercessorem, vi deiecerit Num reli-
giones polluerit Erarium exhauserit rem publicam com-
pilarit. Tua sunt, tua sunt hec omnia Cornelio eiusmodi
nichil obiectum est Tu vero cui cornelii defensio displi- al' ad hos
cet · quam causam, ad parentes tuos, aut quod os afferes civibus
quem conscribis, quanto illis probro futuro sit, si te defen-
derint, Cum tu michi cornelii, defensionem in male-
dictis obiciendam putaris Ut tamen hic Vatini memento
paulo post istam defensionem meam, qua tu bonis viris dis-
plicuisse dicis me cum universi populi Romani summa voluntate
tum optimi cuiusque singulari studio, magnificentissime
post hominum memoria consulem factum, omniaque ea me,

Ira

/ al sepe

prudenter vivendo consecutu esse : qz tu impudenter
vivendo vaticinando . sparce te sepe dixisti Nā quod
tibi discessum obiecisti meu , tibi quidez lenissime tantu
tibi respondeo , me cu tu ceteriqz R. p. pestes armorum
causam quererent / et tu p meu nomē fortunas locuple-
tu diripe , fagitiosiem principii Civitatis exorbem , crude-
litatem vram / odiumqz diutinū / qz bonos iam indeterritatz
habeatis satietatē cupetis / scelus , et furorē vrm cedendo
maluissem frangerē qz resistendo : Etiā peto . ut michi ig-
noscas vacui / cu prie pepercim , quam sinera Etsi
ego te proditore et vexatorem reipublice fero , tu conserva-
torez / et custodem feras Dem eius viri discessum
increpas . quē vides oim Civiū desiderio ipsius denique
rei publice luctu . esse revocatu Ut eni dixisti nō mea
si reipublice causa . hoies de modo reddito laborasse et qui
vero quisqz vir excellenti animo in rem p. ingressus
optabilius quicqz arbitraretur , qz se a suis civibz
R. p. causa diligi . scilicet a sperā mea nā difficilis
editiqz cuius voltus , superba responsa insolens vita
Nemo humanitatez meaz , nemo consuetudinez neo
auxilium requirebat tuus desiderio , ut hec minima dica
foru mestu mutata curia / omia denique bonarum

carum studia floruerunt Sed nichil fit factum mea causa
Omnia illa senatus consulta populi iussa Italie totius
auctoritatum societatum, collegiorum omnium decreta de me r. p.
causa esse facta fateamur Quid ergo impudentissime soli
de laudis, aut vero dignitatis prestantius michi potuit
accidere quid optabilius ad immortalitatem glorie, atque in
memoriam mei nominis sempiternam, quam omnis huius civitatis
Cives iudicare, Civitatis salutem aut tu unius mea salute
esse coniunctam. Quod quidem ego tibi reddo vicem. Nam
ut tu me esse carum dixisti senatui p. q. Ro. non
tam mea causa quam rei publice Sic ego te qui sis omni
diritate, atque immanitate teterrimus Tamen dico esse odio
Civitati, non tam tuo, quam r. p. hoc. atque ut alium ad te
veniam de me. hoc sit exemplum Quid quisque nostrum de se
ipso loquatur, non est sane, non est requirendum boni
viri iudicet. i. maximi momenti, et ponderis, Duo
sunt tempora quibus nostrorum Civium spectentur iudicia
de nobis, unum honoris, alterum salutis, honos talis p. R.
voluntate paucis est delatus Ut michi salus tanto
studio Civitatis, quanta nemini reddita, De te autem homines
quid sentiant, in honore experti sumus, in salute expectamus
Et ut te tu homine uno non solum impudentissimo, atque

infimo conferam de te ipso homine arrogantissimo et in-
inimicissimo quero vatini utrum tandem putes huic civitati /
huic reipublice huic urbi / his templis errario curie viris
his quos vides horum bonis fortunis liberis civibus ceterisque
denique deorum immortalium delubris auspiciis religionibus
melius fuisse et prestantius me civem in hac civitate
nasci an te? Cum mihi hoc responderis aut ita im-
pudenter ut manus ad te homines vix abstinere possint
aut ita dolenter ut aliquando ista / que sunt inflata rumpantur
tu memoriter respondeto / ad ea que de te ipso rogaro /
Atque illud tenebrosissimum tempus ineuntis etatis tue
patiar latere. Licet impune per me parietes in adolescentia perfo-
deris / vicinos compilaris / matrem verberaris / sit hoc premium
indignitas / ut adolescentie turpitudine obscuritate et
sordibus tuis obtegatur. Quero abs te / teneasne memo-
ria / cum tibi aquaria provincia obtigisset / missusne sis
a me consule puteolos / ut inde aurum exportari / argen-
tumque prohiberes / in eo negotio cum te non custodem
ad continendas / sed portitorem / ad partiendas merces missum
putares / Cumque omnium domos navis furacissime scruta-
rere hominesque negotia gerentes iudiciis iniquissimis
irretires / mercatores e navi egredientes terreres

conscendentes morarer, teneas ne memoria tibi in
conventu puteolis manus esse allatas. Vis me consulem
querelas puteolanorum esse delatas. Quid enim de hispa-
niensibus flagitiis tuis sordidissimis quae fecerit interrogem
Quod genus improbitatis et sceleris in eo magistratu preter-
misisti? Ut tibi iam inde prescribo ne tuas sordes cum
clarissimorum virorum splendore permisceas. Ego te que-
cumque rogabo, de te ipso rogabo, neque te ex amplissimi
viri dignitate, sed ex tuis tenebris extraham, omniaque
mea tela sic in te conficientur ut nemo per tuum latus
quod soles dicere sauciatur, in tuis pulmonibus, an vis-
ceribus herebunt. Et quoniam locutus es quem tibi cum
cesare, eos esse dicas seiungam te ab illo non solum
r.p. causa, verum etiam cesaris, ne qua ex tua dig-
tate summa labem illius dignitati aspera videatur
Primum quero num tu senatui causam tuam permittas
Quod facit cesar? Deinde que sit auctoritas eius, qui se
alterius facto, non suo defendat, deinde erumpet enim
aliquando ex me vera vox, et dicam sine cunctatione, quod
sentio. Si forsitan violentior aliquid in re G. Cesar fuisset
si eum magnitudo contentionis, studium glorie, prestans
animus, excellens nobilitas aliquo impulisset quod in io,

// al' per tuum
// al' ac

viro, et tum ferend(is) ess(en)t et max(im)is reb(us), quas postea gessit
oblit(ur)um iri id tu tibi furcifer sumas, Et Vatinii latronis
ac sacrilegi vox audietur h(oc) (pos)tulant(is) ut id(em) sibi con:
cedatur, quod C. Cesari? Tr. pl. fuisti se(d) iunge te a
consule Collegas habuisti viros fortes novem, Volo uti
michi respondeas, Num quis ex toto collegio legem
sit ausus ferre, p(re)ter unu(m) te, q(ui) tanta vite fuit auda:
cia, que tanta vis, ut eu(m) tu novem collige sibi timend(um)
esse dixerint, q(uo)d unus tu emersus e ceno o(mn)ium facile
omnib(us) in finis contenend(um) putares, Simul etiam illud
volo uti respondeas, nu(m) que(m) ex o(mn)ib(us) tr. pl. quicu(n)q(ue)
seditiosi fuerunt tam audacem audieris fuisse, ut unq(uam)
co(n)tra legem eliam, aut fufiam concilium convocaret? Cur
vero illud etiam ex te conatus, ne s(c)is volueris, ne de:
niq(ue) cogitaris? Est en(im) res eiusmo(d)i, ut si tibi in me(n)te
mo(do) venit, nemo sit qui te ullo cruciatu esse indig(nu)m
putet, Cogitaris te illo tuo i(n)tollerabili non regno
Nam cupis id audire Sed latrocinio a(n)te fieri. P. R.
metello, cu(m) ut quicu(n)q(ue) te aspexiss(en)t duplicem dolore(m)
gemitu(m)q(ue) susciperet, et ex desiderio clarissimi civis, et
ex honore turpissimi, atq(ue) i(m)probissimi? Videos ne
non labefactam rem. p. te tribuno neq(ue) conquassata

ciuitatem, si captam hanc urbem atque euersam putares.
Ut augurem vatinium facere posses. Hoc loco quero, si id quod
concupieras augur factus esses, in qua tua cogitatione
nos essemus, qui te considerabamus, vix dolorem ferebamus. Illi
autem quibus eras in delicijs vix risum tenebant. Verum
ut summa tua relinquam, ad scelera veniam, volo uti mihi
respondeas. Cum M. bibulum cos., non dico bene de re — al. consulem
publica sentientem, ne tu michi hoc potes irascare. qui
ab eo adolescenti, sed hominem certe nichil progredientem
nil rei publicae molientem tantum animo ab actionibus tuis dissenti-
entem, tum cum tu consulem in vincula duceres, fecerisne
ne posset continuare tribunalibus, per que consul p. r. mo-
deratissimus et constantissimus sublato auxilio exclusus diceret
Ut proditorem hominum imitare turpissimo mihi suo consultatio
non in carcere sed ad supplicium et ad necem duceretur, quero
umquam ante te tam fuit nefarius, qui id fecit, et sciam — al. veterem
veterum ventum sis imitator, an inventor novorum, similiter
michi respondeto. tu qui nos qui de communi salute consentimus
tirannos vocas, fueris, non tri. pl. sed intollerandus, ex-
terno, nescio qui, atque ex tenebris tirannus, qui primum eam
rem publicam que auspicijs inventis constituta esse, ijsdem
auspicijs sublatis conareris peruertere. Deinde sanctissimas

leges heliam, et fufiam, que in graccorum ferocitate, et in
|| al's cruce audatia saturnini, et in collumone drusi, et in contentione
sulpitii, et in ||cruore cinnano etiam inter sillana arma
uixerunt, solus conculcaris, et pro nichilo putaris. L. domi-
tium, cuius dignitas et splendor prestringebat, credo oculos
|| al's odio vatini, quem tu propter hoc ||audium in bonos, oderas. L. lentulum
hunc iudicem nostrum flaminem marcialem vettii iudicio
opprimere uoluisti. huius etiam filium eodem iudicio, et
crimine, ad patris interitum aggregare uoluisti. L. paulum
quem ciuem, quem virum, hominem ad conseruandam rem publicam
natum in idem vettii iudicium, atque in eundem hunc numerum
congregasti. Quid ergo demum querar, qui etiam tibi
gratias agere debeo: quod in exornatissimorum ciuium numero
me iungendum non putasti. Sed qui fuit tuus ille tantus
furor, ut cum iam vettius ad arbitrium tuum perorasset
in ciuitatis luce notasset. In culcaris etiam ut C. ~~vetti~~
~~vettius~~ pisonem, generum meum nominaret, qui in
summa copia optimorum adolescentium pari continentia
virtute, pietate reliquit neminem. Itemque M. laterensem
hominem, dies et noctes de laude, et de r. p. cogitantem
, deinde si egeris in carcere, ceruices ipsi vettio, ne quod
indicium corrupti iudicii extaret, cuiusque sceleris uite

ipm questio flagitaretur, Ut omēs intelligant te ne
recte quedam facē sine scelē potuisse, Dicēs famili-
aritatem tibi fuisse. Cum. Q. maximo, pclara defē-
sio facinorum tui. Nam max. quedam suma laus ē,
neqꝫ maximis fecit aliquid, aut sua vtute, aut illius
familiarissimis clarissimis viris paulus maxius Affri-
canus, quorum gloria huius vtute renouata, no modo
ispaniq verueciaqꝫ iam videmus, Qua fraus, quid male-
ficium scelus illud est, te id, quod pmulgasses misericordie
nomie ad crudelitatem tpus distulisse, Atqꝫ etiam illud
ex te scire cupio quo consilio, aut qua mēte feceris
Ut in epulo. Q. Arrii familiaris mei cum toga
pulla accumberes, Quem umqꝫ videris, quē audieris
quo exemplo, quo more feceris, tu ipse epulum dns
Q. arrius allatum esset, Cuius tu non ingemuit, cuius
non doluit. r. p.ce causam, cuius sermo alius in illo.
Epullo fuit, nisi hac tantam, et tam iucem ciuitate
sublatam esse, no modo furori, verueciaqꝫ irrisioni
tue, Aut tu morē ignorabas, Numqꝫ eplm videras.
Numqꝫ puer, aut adolescens interfueras, Que te
tanta tenuit insania Ut crone nisi id fecisses,
quod fas non fuit, nisi violasses templum castoris

nomen epuli oculos tuum more vite veterem, eius qui
te inchoarat auctoritate, parum putares testificatum esse sup-
plicatores te illas non putare. Volo etiam audire de te
Cuius tandem senatus consulto legatus sis. De intelligo, quid
respondeas. Tua lege dices. Es ne igitur patrie certissimus
parricida. Spectaris ne id ut p. c. ex r. p. funditus
tollerentur ne hoc quidem senatui relinqueres, quod nemo
unquam ademit, ut legati ex eius ordinis auctoritate legarentur
Adeo ne tibi sordidum consilium publicum visum est.
Adeo afflictus senatus, adeo miseria, et prostrata res publica
ut non nuntios pacis, ac belli, non oratores, non interpre-
tes, non bellici consilii set auctores, non ministros mu-
neris provincialis, senatus more maiorum deligere posset. Eri-
pueras senatui provincie decernende potestatem, imperatoris
deligendi iudicium, erarii dispensationem, que numquam
sibi p. R. appetivit, qui numquam aut summi consilii gub-
nationem auferre conatus est. Age factum est horum aliquid
in aliis raro, sed tamen factum est, ut populus deligeret
Imperatorem. Cuius legatos unquam audivit sine s. c. ante
te nemo, post continuo fecit idem in duobus prodigiis
r. p. Clodius. Quo etiam maiore es malo mac-
tandus, quod non solum facto tuo, sed etiam exemplo,

tempestatem volnerasti, neque tamen eos improbus ipse, sed etiam
alios docere voluisti, Atque illud etiam audire te cupio, Cur
cum ego legem de ambitu tulerim, ex S. C. tulerim
salua lege Helia, et Fusia, tu eam esse legem non putes
presertim cum ego legibus tuis, quecumque late sint pareatm
At si hec omnia contemnis ac despicis, quod ita tibi persua-
seris, ut palam dictitas. Tedis hominibus que inuitis acre
incredibili quondam Cesari omnia que velis consecuturum
et quid audieris, et quisnam dixit Cesarem nuper apud se
cum de quibusdam esset mendatio facta, dixisse C. Al-
fium pretorem permoleste tulisse, quod in hoc summam fidem
probitatemque cognosceret, grauiter quod etiam se ferre preto-
rem aliquem esse factum, qui a suis rationibus dissensisset
tum quesisse quendam de vatinio, quemadmodum ferret
ipsum respondisse. Vatinium in tribunatu, gratis nihil
fecisse, qui omnia in pecunia posuisset, honore equo animo
carere debere. Et si ipse qui te sue dignitatis augende causa
periculo tuo, nullo suo delicto ferre precipitem est faci-
le passus, tamen de omni honore indignissimum
iudicat, si te vicini, si te affines, si tribules ita ode-
runt, ut repulsam tuam, triumphum suum duxerunt si nemo
aspicit, quin ingemiscat? nemo mentionem facit

qui execretur, si vitant, fugiunt, audire de te nolunt cum
videant tamquam auspicium malum detestantur, si cognati respuunt
vicini metuunt, affines erubescunt si Rome denique ab ore
improbo demigrarunt, et aliis se locis iam collocarunt,
Si es odium publicum populi, senatus, universorum hominum, quid est
quamobrem praeturam potius exoptes, quam mortem, praesertim (alias popularem)
cum popularis te velis esse, neque ulla re populo gratius facere (alias gratius)
possis. Sed ut aliquando audiam, quam copiose michi, ad
rogata respondeas, concludam iam interrogationem
meam, teque minus extremo de ipsa causa rogabo. Quero
que tanta in te vanitas, tanta levitas fuit ut T.
Annium hisdem verbis laudares, quibus eum laudare, et
boni viri, et boni cives consueverunt, cum in eundem
cupidissime falsum testimonium dixeris. Utrum erit hoc
optio et potestas tua, ut cum Clodianas operas, et fa-
cinorosorum hominum manum videris, Milonem dicas gladia-
toribus et bestiariis obsedisse rem publicam. Cum autem ad tales
viros veneris, non audes civem singulari virtute fide
constantia vituperare. Sed tu T. Annium tantopere laudes
et clarissimo viro nonullam laudarem tua labecula
aspergas. In illorum enim numero mavult T. Annius esse,
quia te vituperantur. Vero etiam, quero, cum in re publica

administrandi T. annio Vinnio cu(m) p(ro)fessione consilior(um) o(mn)ium, societas fuerit, qui possis eos, quos dum(m)e q(ui)ng(ue) testimonio d(e)fugere. Non coarguo inconstantia(m) tu(am) at testimonii tui, ne quid tibi aut(em) tis, a me tributu(m) esse videatur.

M. T. CICERONIS ORO. CUM EGIT. GRATIAS. PRO. SE. POPULO



Quos p(ro)catus a Ioue optimo maximo ceterisq(ue) diis immortalib(us) sum quirites, eo t(em)p(or)e cum me, fortunas q(ue) meas, pro v(est)ra incolumitate otio, concordiaq(ue) devovi Ut si meas rationes umq(uam) v(est)re saluti anteposuissem, sempiternam penam sustinerem mea volu(n)te

susceptam sim et ea, que ante gesseram conservande
causa gessissem, et illam miseram profectionem vestre sa-
lutis gratia suscepissem. Ut quod odium scelerati homines
et audaces in r. p. et in omnes bonos conceptum iamdiu
continerent in me uno, potius quam in optimo quoque et universa
civitate defigerent. Hoc si animo ~~esse bona prosperitate improbo-
rum~~ in vos, liberosque vestros fuissem, ut aliquando
vos patresque conscriptos Italiamque universam memoriam
mei misericordiaque desiderium teneret eius devotionis esse con-
victum iudicio deorum immortalium testimonio senatus, consensu
Italie confessione inimicorum beneficio divino immortalique
vestro maxime letor quirites. etsi homini nichil est magis
optandum quam prospera equabilis perpetuaque fortuna, secundo vite
sine ulla offensione cursu. tamen si tranquilla et pla-
cata omnia, incredibili quadam, et pene divina, qua
nunc vestro beneficio fruor, letitie voluptate caruissem.
Quid dulcius hominum generi, ab natura datum est, quam sui cuique
liberi? Modo vero, et propter excellens eorum ingenium
vita sunt mea cariores. tamen non tanta voluptate erant
suscepti, quanta nunc sunt restituti. Nichil cuiquam fuit umquam
iocundius, quam michi meus frater, non tam id sentiebam
cum fruebar, quam tunc cum carebam. Et tu posteaquam
vos me illi, et michi eum reddidistis res familiaris



sua quemque delectat · Reliquias mee fortune recuperate
plus michi nunc voluptatis afferunt quam tunc incolumitates
afferebant · Amicitie consuetudines · vicinitates · clien-
tele · ludi denique · et dies festi · quid habent voluptatis
carendo magis intellexi quam fruendo · Iam vero honos
dignitas · locus · ordo · beneficia vestra · quamquam michi semper
clarissima visa sunt · tamen ea nunc renovata · illustriora
videntur · quam si obscurata non essent · Ipsa vero patria
dii immortales dici vix potest · quid caritatis · quid voluptatis
habet · que spes Italie · que reipublice dignitas · que celebri-
tas oppidorum · que forma regionum · qui agri · qui fru-
ges · que pulchritudo urbis · que humanitas civium · que vestra
maiestas · Quibus ego omnibus antea rebus sic fruebar
ut nemo magis · Sed tamquam bona valitudo · iocundior
est his qui egravi morbo recreati sunt · quam qui l' ab egro
diu numquam egro corpore fuerunt · sic ea omnia desiderata ·
magisquam assidue percepta delectant · Quorsum igitur
hec disputo · quorsum · ut intelligere possitis · neminem
tam eloquentie fuisse · neque tam divino atque incredi-
bili genere dicendi · qui vestram magnitudinem multitudinem
beneficiorum · quam in me fratremque meum et liberos nostros contu- l' al' que
listis non modo augere · aut ornare · sed enumerare · aut con-
sequi possit · A parentibus · id quod necesse erat · parvus su

procreatus a vobis natus sum consularis. Illi michi
fratrem incognitum qualis futurus esset dederunt. Vos spectatum
et incredibili pietate cognitum reddidistis. Tempore illis
accepi temporibus eam que pene amissa est, a vobis eam
recuperavi, quam alias omnes unius ope servatam iudicaverunt.
Dii Immortales michi liberos dederunt vos reddidistis.
Multa preterea, a diis Immortalibus optata consecuti sumus
nisi vestra voluntas fuisset, omnibus divinis muneribus
caruissemus. Vestros denique honores, quos eramus gradatim
singulos assecuti. Nunc a vobis universos habemus, ut
quantum antea parentibus, quantum vobis metipsis, tanto
huius tempore universum cuncto populo romano debemus. Nam cum
ipso beneficio vestro tanta magnitudo est, ut eam
complecti oratione non possim. Tum in studiis vestris
tanta animorum declarata voluntas est, ut non solum
calamitatem michi detraxisse, sed etiam dignitatem
auxisse videamini. Non enim pro meo reatu. Ut
publii pupilii nobilissimi hominis, adolescentes
filii, et multi preterea cognati, atque affines deprecati sunt.
Non ut pro quinto metello clarissimo viro iam spectata
tatem etate filius non lucius, diademate consularis,
summa auctoritate vir. Non. C. metellus Censorius non
eorum liberi. Non. Q. metellus nepos, qui tunc consulatum

petebat non sororis filii Luculli Servilii Scipiones, pro multi
enim tum metelli. aut metallorum liberi. pro Q. metelli
reditu vobis, ac parentibus vestris supplicaverunt Quod si ipsius summa
dignitas, maximeque res geste non satis valent, tamen
illi pietas, propinquorum preces, adolescentium squalor
maiorum lacrime populum Romanum movere potuerunt. Nam G. ma-
rii, qui post illos veteres clarissimos consulares, hac
vestra patrumque memoria. Tertius autem consularis, subiit
indignissimam fortunam praestantissima sua gloria dissimilis
fuit ratio, non enim ille deprecatione rediit, sed in discessu
civium exercitu. seque armis revocavit. At me nudum
a propinquis nulla cognatione munitum nullo armorum, ac tu-
multus metu, Gnei pisonis generi mei, divina quedam
auctoritas, atque virtus, fratrisque miserrimi, atque optimi, quoti-
diane lacrime, sordesque lugubres, a vobis deprecate sunt
Frater erat unus qui suo squalore vestros oculos in-
flecteret, qui suo fletu desiderium memoriamque renova-
ret, qui statuat quirites, si me sibi non reddidissetis
eandem subire fortunam Tanto me amore extitit, ut
negaret fas esse, non modo domicilio, sed ne sepulcho
quidem se a me esse seiunctum. pro me presente senatus
hominumque preterea viginti millia vestem mutaverunt, pro ea

me absente vivus squalorem sordes q3 vidistis vou
hic quid infero possit esse michi pietate filius, in quo
est beneficio parens amore, idemque semp fuit frater. non
coniugis misere squalor, et luctus, atque optime filie meror
assiduus, filijque parvi desiderium mei, lacrimeque pueriles
itineribus necessarijs. ut magnam partem lucis, at tenebris
continebantur. Quare hoc maius est in nos vestrum promitum
quod non multitudini propinquorum, sed vobis metipsis nos
reddidistis. Sed admodum (quorum) propinqui, quos ego parare
non potui, michi ad perferendam calamitatem meam non
fuerunt, sic illud, quod mea virtus prestare debuit adiu-
tores ad me restituendum ita multi fuerunt. ut longe
superiores omnibus hac dignitate copiaque superare. Numque
de publio pompilio clarissimo ac fortissimo viro,
numque de . Q . metello, nobilissimo et constantissimo
cive, numque de G mario, custode civitatis, atque imperij
vestri, in senatu mentio facta est Tribunicijs superiores.
illi rogationibus, nulla auctoritate senatus sunt restituti Marius
vero non modo a senatu, sed oppresso senatu est restitutus
. Nec rerum gestarum in (eorum) reditu memoria, G. marij
sed exercitus atque arma valuerunt . ‖. ut de me ut valeret
semper senatus, flagitavit. ut aliud proficeretur. Cum primum

‖ al perniciem
‖ al ceterorum in meo

licavit frequentia atque auctoritate perfregit. Nullius in eorum
reditu motus municipiorum et coloniarum factus est. At
me in patriam tribus suis decretis Italia tota revocavit.
Illi inimicis interfectis, magna civium cede facta reducti
sunt. Ergo a quibus eiectus sum provincias obtinentibus
inimico homine optimo viro et mitissimo altero consule
referente reductus sum, cum his inimicus, qui ad meam
perniciem vocem suam communibus hostibus prebuisset, spiritu
duntaxat viveret, re quidem infra omnes mortuos manda-
tus esset. Numquam de pompilio, lucius opimius fortis-
simus consul, numquam de Q. metello, non modo C. marius
qui erat inimicus, et ne is quidem qui secutus marcus
anthonius, homo eloquentissimus, cum aulo albino col-
lega senatum et populum est cohortatus. At pro me su-
periores consules semper ut referrent flagitati sunt
sed veriti sunt ne causa gratie facere viderentur, quod alius
michi affinis erat, alterius causam ceperam
qui provinciarum federe irretiti totum illum annum
querelas senatus luctum bonorum Italie gemitum pertu-
lerunt. Kalendis vero Ianuarii postquam orba res publica consu-
lis fidem, tamquam legittimi tutoris imploravit publius
lentulus consul pater deus salus nostre vite, fortune.

memorie nois simulac de ple de religione retulit
Nichil humanarum rerum sibi prius quam de me agendum iudicavit
Itaque ea die confecta res esset nisi is tribunus plebis
que ego maximis beneficiis consulueram, cum et cunctus
ordo, et multi pro eum summi viri orarent, et Gn. pom-
peius socer optimus vir ad pedes flens iaceret, noctemque
sibi ad liberandum postulasset: que deliberatio non in red-
denda, quemadmodum nonnulli arbitrantur, sed ut patefactum
est in augenda mercede consumpta est. Postea res
acta est in senatu alia nulla, cum variis racionibus
impediretur, et voluntate tamen perspecta senatus tum
apud nos mense ianuario deferebatur. Hic tantum interfuit
inter me, et inimicos nostros: Ego cum homines in tribu-
nali aurelio palam conscribi, centuriarique vidissem
cum intelligerem veteres ad spem redisse catiline copi-
as esse renouatas, cum viderem ex ea parte homines cui parti
nos vel principes numerabamur, partim quod michi inviderent,
partim quod sibi timerent, aut proditores esse aut deser-
tores salutis mee, cum duo consules empti pactione
provinciarum auctores se inimicis reipublice tradidissent, cum
egestatem avaritiam libidines suas viderent expelliet
non posse, nisi conflictu domestico hostibus dedissent

|| de ... [illegible]

Cum senatus, equites Romani flere pro me, ac mutata
veste, vobis supplicare edictis atque imperiis vetarentur
Cum omnium provinciarum pactiones, cum omnibus, cum omnibus fede-
rate, conciliatore gravium sanguine, non saturarentur. cum
omnibus boni non recusarent, qui vel pro me, vel mecum
perirent, armis certarent pro mea salute, Nolui
quod potui vincere et vinci luctuosum rei publice fore putavi. /.
/. At inimici mei mense ianuario, cum de me ageretur
, corporibus civium trucidatorum flumine sanguinis meum reditum
intercludendum putaverunt. /. Itaque cum ego, ego absim
eam rem publicam habuisse, ut neque me, atque illam tecti,,
tuendam putarent. Ego in qua Civitate nil valet senatus
omnis esset impunitas, nulla iudicia, vis et ferrum in foro
versaretur. privati parietum presidio non legum, tuerentur.
tribuni plebis vobis inspectantibus vulnerarentur, ad ingratum
domus, cum ferro, et facibus irent consules. fasces fra..
gerentur, deorum immortalium templa incenderentur, rem
publicam nullam esse putavi. Itaque ne rem publicam exterminata
michi locum in hac urbe esse duxi, nec si illa restitueretur
dubitavi. quin me secum ipsa reduceret. An ego michi
cum essem exploratissimum P. Lentulum proximo anno
consulem futurum, qui illis ipsis rei publice periculosissimis

tempibz edi qui me consule oim meorz consilior pn̄cepe pitulorqꝫ socius fuiss dubitarem, qui ss me ꝯfectum consularibz volnibz, consularj medicina ad salute reducet, hoc duce et collega eius clementissimo, atqꝫ optimo viro, pō non aduersante, post etiā adsumarj reliqui magistratꝫ pene oms fuerut defensores salutis mee. Ex quibz excellenti animo, uirtute, auctoritate, psidio copijs, Titus anniꝰ, et p. Sestius pstanti dme beniuolentia, et diuinꝰ studio extiterunt. Eodemqꝫ p. lentulo, auctore, et pariter referente collega, frequentissimꝰ senatus, vno dissentiente, nullo intercedente, dignitatem mea, quibz potuit uerbis, amplissis ornauit Salutem vobis municipijs colonijs oibz commendat Ita me nudu a ppinqs, nulla cognatione munitu consules, ptores tribunipl' senatꝫ Italia tota sꝑ deprecata est, denicqꝫ oms qui vris maxis beneficijs honoribz sunt ornati producti ad vos, ab eadem nō solu ad me conseruandum, vos cohortati sunt, ss etiam rerum mearum gestarum auctores, laudatores qꝫ fuerut. Quorum princeps ad cohortandum vos, et adrogandum fuit Gn. pompeius vir oim, qui sunt fuerut, et erunt princeps virtute sapientia ac gloria qui michi vnꝰ vni, priuato

amico, omnia eadem dedit, que universe reipublice saluti, omnium dignitati.
Cuius oratio primum ita nos commovit, meis consiliis rempublicam
esse servatam, causamque meam cum omni salute coniunxit,
hortatusque est, ut auctoritatem senatus, statum civitatis, fortunas
civis emeriti defenderetis. Tum me in perorando posuit vos
rogari a senatu, rogari ab equitibus, rogari ab Italia
cuncta. Denique ipse ad extremum pro mea vos salute rogavit
solum, verum etiam obsecravit. Huic ego homini, quiri-
tes, tantum debeo, quantum hominem homini debere vix fas
est. Huius consilia P. Lentulus sententiamque senatus auctoritatem
vos secuti in eo loco, cuius beneficiis fueram hisdem
centuriis collocaretis, restituistis. Eodem tempore audivistis
eodem ex loco viros ornatissimos atque amplissimos
homines civitatis, omnes consulares, omnes pretorios eadem dicere,
ut omnium testimonio per me rempublicam conservatam
esse constaret. Itaque cum P. Servilius, gravissimus vir et or-
natissimus civis dixisset, opera mea rempublicam incolumem
magistratibus deinceps traditam, dixerunt in eandem
sententiam ceteri. Sed audistis eo tempore clarissimi viri
non solum auctoritatem, sed etiam testimonium Lucii Gelli, qui quia
suam classem attemptatam magno cum suo periculo
pene sensit, dixit in contione, vocem, si ego consul

cum fui, non fuissem rei publice funditus interitura fuisse. Cum
ego testimoniis, qui tempore hoc auctoritate senatus, tanta consen-
sione Italie, tanto studio bonorum omnium cum agente P.
Lentulo, consentientibus ceteris magistratibus, deprecante Cn.
Pompeio, omnibus hominibus faventibus, diis denique immor-
talibus frugum ubertate, copia, utilitate reditum meum
comprobantibus, se michi, meis, rei publice restitutus, tantum vobis
quantum facere possum Quirites pollicebor: primum qua sanctis-
simi homines pietate erga deos immortales esse soleant
eadem erga p. R. semper fore numenque vestrum eque michi
grave, et sanctum, ac deorum immortalium, in omni vita
futurum. Et si qui existimat me aut voluntate esse
mutata, aut debilitata virtute aut animo fracto, vehe-
menter errat. Michi quod potuit et iniuria ac sce-
leratorum hominum furor detrahere eripuit, abstulit, dissipavit
quod viro forti adimi non potest, id manet et perma-
nebit. Vidi ego fortissimum virum municipem meum
Marium, quem nobis, quasi aliqua fatali necessitate
non solum cum his, qui hec delere voluissent, sed etiam
cum fortuna belli gerendi fuit. Cum tamen vidi, ad
esse summa senectute, non modo non infracto animo, propter
magnitudinem calamitatis, sed confirmato, atque reno-

ad numen

uato / quem egomet dicere audiui / tum se fuisse miserum
si caret patria / quam obsidione liberasset / tum sua bona
possideri / ab inimicis / ac diripi audiret / cum adolescen-
tem filium videret / eiusdem socium calamitatis / tum in paludibus
demersis / concursu minturnensium / corpus ac vitam suam conser-
varet / cum parva navicula traiectus / in affricam quibus
regna ipse dedit / ad eos supplex inopsque venisset
Recuperata vero sua dignitate se non commissurum. Ut cum
ea que amiserat restituta essent / virtutem animi non
haberet / quam numquam perdidisset. Sed hoc inter me
atque illud / quod ille quam plurimum potuit ea ipsa re inimicos suos ultus est armis. Ego qua consueui utar
quo illi ante in bello ac seditione locus est huic in
pace atque odio / quamquam ille animo irato / nichil nisi de inimicis
ulciscendis agebat. Ego de inimicis ipsis / tantum quantum
michi res publica permittit cogitabo. Denique / quirites
quoniam me quattuor genera hominum violarunt / unum eorum / qui
odio rei publice quod eam ipsis inuitis conseruatam michi
inimicissimi fuerunt. Alterum qui per similitudinem
amicitie nefarie prodiderunt / tertium qui cum propter
inertiam seque suam / eadem assequi non possent inui
derunt laudi et dignitati mee. Quartum / qui cum

Inimici Ciceronis videlicet quattuor genera

custodes reipublice esse debuerunt salutem meam statum civium dignitatem eius imperii quod erat apud ipsos vendidisse dicuntur, sic ulciscar facinora singula quemadmodum a quibusque sum provocatus, malos cives rempublicam bene gerendo, perfidos amicos michi credendo atque omnia cavendo. Invidos virtuti et glorie serviendo, Mercatores provinciarum revocando domum, atque ab his provinciarum rationem repetendo. Quamquam michi maior cura est quemadmodum quidem vobis, Ut estis optime meriti gratiam referam, quam quemadmodum inimicorum iniurias crudelitatemque persequar. Etenim ulciscende iniurie facilior ratio est quam beneficii remunerandi, propterea quod superiorem esse contra improbos minus est negotii quam bonis exequari Tum nec etiam tam necessarium quidem est male meritis quam optime referre, quod debeas, odium vel precibus mitigari potest temporibus reipublice communique utilitate deponi, vel difficultate ulciscendi teneri, vel vetustate sedari, bene meritos colas nisi exorari fas est, neque id reipublice repetere Utrumque necesse est. Nec est excusatio difficultatis Neque equum est tempore et die memoriam beneficii definire. Postremo qui in ulciscendo remissior fuit, moderate laudatur Ut vehementissime vituperantur, qui in tantis

nō vlcisci īiuriam

beneficiis, quia vos in me contulistis remunerandis
est tam diu, neque solum in inimicis, quod ipsum quamquam est verum // al. iniustus
etiam impius appelletur natum est. Quapropter memo-
riam vestri beneficii colam benivolentia sempiterna gratias agendo non digne
cum anima exuberabo mea. Sed etiam cum mortuo mo-
nimenta vestri in me beneficii permanebunt. In referenda
autem gratia hec vobis repromitto, semperque prestabo, michi
neque in consiliis de re publica capiundis diligentiam neque
in periculis in re publica propulsandis animum, neque in sententia
simpliciter referenda fidem, neque in hominum voluntatibus pro
re publica ledendis libertatem, nec in perferendo labore indus-
triam, nec in vestris commodis augendis gratum animi be-
nivolentiam defuturam. Atque hec cura quirites erit
infixa animo meo sempiterna. Ut cum vobis, qui
apud me deorum ~~numen~~ immortalium vim, et numen
tenetis, tum posteris vestris, cunctis gentibus dignissimis ea // al. dignissimus
civitate videar, que suam dignitatem non posse tene-
re, nisi me recuperasset, certis suffragiis iudicavit.

Mon Cicer

M. T. CICERONIS. DE RESPONSIS. ARUSPICUM. INCIPIT.



Hesterno die p. c. Con, cum me et
vestra dignitas, et frequentia
equitum Romanorum, quibus senatus
dabatur, magnopere commovisset
putavi michi reprimendam
esse p. clodii impudicam impudi-
titiam, cum is publicanorum
causam stultissimis interroga-
tionibus impediret. p. Tullioni
Syro navaret operam, atque ei
se, cui totus venierat, etiam
vobis inspectantibus venditaret, itaque hominem furentem
exultantemque continui simul ac periculum iudicii intendi
duobus inceptis verbis omnem impetum gladiatoris, fero-
ciamque compressi. Ut tamen ignarus ille, qui consules
essent, exanguis, atque estuans se ex curia repente
proripuit, cum quibusdam fractis, iam atque inanibus
minis, et cum illius pisoniani temporis, gabinianique tro-
ribus, quem cum egredientem insequi cepissem, cepi
equidem fructum maximum, et ex consurrectione omnium vestrum
et ex comitatu publicanorum. Sed vecor repente sine
suo voltu sine colore sine voce constitit, deinde inspexit

|| al' praeat

/Et sil ad Gn. lentulum Consulem despex^t, cecidit
in sime pene limie, / recordatoe credo. Gabinij
sui. desiderijq pisonis, Cuius ego de effrenato
/et precipiti furore, quid dicam / aut quot criminibus
a me obiis vulnerarj, qui est statim in facto ipso
/a grauissimo viro P. seruilio confectus, ac trucida-
tus? Cuius si iam vim et grauitate ullam singulare,
ac pene diuinam assequi possem, Tamen non
dubito, quin ea tela, que coniecit, inimicus, que ea
que collega pris amisit leuiora, atque hebetiora esse
videantur. Sed tamen mei facti racioz exponere
illis volo, qui hesterno die, dolore me elatu, et
iracundia longius prope digressu arbitrantur
quecumque sapientis hominis cogitata ratio postulasset
, nil feci iratus, nichil hoc impotenti animo, nichil non
diu consideratu, ac multo ante meditatu Ego enim
P. C. inimicu me semper esse professus sum duobus
qui me, qui rem meaz, cum defendere deberent
seruare possent, cumque ad consulare officium, ipsis insig-
nibus illius imperij ad meam salute, non solum
autoritate, sed etiaz precibus vestris vocarentur, Primo
reliquerunt, deinde prodiderunt, Postremo oppugnarunt

priuisque nefarie factionibus funditus euersam rem publicam op-
pressam, extinctamque voluerunt, cuiusque suo ductu, et impio
cruento illo, atque funesto, supplicia neque a sociorum mei
bus prohibere, neque hostium vrbibus inferre potuerunt excisione
inflamatione, eversione, depopulatione, mea sua ad predam
meis omnibus tectis atque agris intulerunt, Cum his furiis
et facibus. Cum his inquam exitiosis, prodigiis, ac pene
huius imperij pestibus, bellum michi inexpiabile dico
esse susceptum, neque id tamen ipsum tantum quantum meus
/ac meorum, sed tamen quantum vester, atque omnium bonorum dolor
postulauit. P. clodius vero non est hodie meum maius
odium, quam illo die fuit Cum illum ambustum religio-
sissimis ignibus cognoui, muliebri ornatu, ex incesto
stupro, atque ex domo, pontificis maximi emissum, tum
inquam, tum vidi, ac multo ante prospexi, quanta tempes-
tas excitaretur, quanta impenderet procella rei publicae. videbam
illud scelus, tam importunum, audatia, tam immane
adolescentis furentis nobilis vulnerati non posse arceri
/otij finibus erupturum illud malum aliquando si impunitum
fuisset, ad perniciem Ciuitatis, non multum michi sane
post ad odium accessit Nichil enim contra me fecit odio
mei, sed odio seueritatis, odio dignitatis, odio rei publicae.

// alias in mane

Non me magis violavit, quam senatum, quam equites Romanos
quam omnes bonos, quam Italiam cunctam. Non denique in me
sceleratior fuit, quam in ipsos deos immortales, et-
enim illos eo scelere violavit, quo nemo antea
In me fuit eodem animo, quo etiam meus familiaris
Catilina si vicisset fuisset. Itaque eum numquam a me esse accu-
sandum putavi. Non plus quam stipitem illum, qui quorum
hominum esset nesciremus, nisi se Ligurem ipse esse diceret
Quid enim persequar pecudem, ac belluam pabulo ini-
micorum meorum, et clade corruptum. Qui se sentit
quo se scelere devinxerit, non dubito, quin sit miserrimus
Sin autem id non videt, periculum est ut se stupo-
ris, excusatione defendat. Accedit etiam, quod expec-
tatione omnium fortissimo, et clarissimo viro T. annio
devota, et constituta, ista hostia esse videtur. Cui
me preripere desponsatam iam, et destinatam laudem
cum ipse eius operam, et dignitatem, et salutem recu-
perarim, valde est iniquum. Et enim ut P. ille Scipio
natus michi videtur ad interitum, exitiumque Carthagi-
nenses, qui a multis imperatoribus, obsessam oppugnatam
labefactatam, pene captam aliquando quasi fatali adventu solus
evertit, sic T. annius ad illam pestem comprimendam, exting-

Margin: al. sentiret

Margin: Hic loquitur de Tito Annio Milone quo de quo in 2a oratione ...

Margin: al. Cartaginis

uendam, funditus delendam, natus esse videtur, Et quasi
diuino munere senatus donatus r. p. solus ille cognouit
quemadmodum armatum ciuem, qui lapidibus, qui ferro,
alios fugaret alios domi contineret, qui vrbem totam
, qui curiam, qui forum, qui templum, omnia cede incen-
diis terreret non modo, uinci, Verum etiam vinciri opor-
tet, huic ego tali, et sic de me, ac de patria merito
viro, nunquam mea voluntate preripiam, cum postmodum
non tamen ille inimicitias non solum suscepit, propter
salutem meam, Verum etiam appetiuit Sed si etiam
nunc illaqueatus, iam omnium legum periculis irretitus
odio bonorum omnium expectatione supplicii, iam diuturna
non impliatus feretur, tamen hesitans, et in me
impetum impeditus facere conabitur, resistam, et aut
concedente, aut etiam adiuuante Milone eius
conatum refutabo velut hesterno die cum michi stanti
tacitus minaretur, uoce tamen attigi legum initium
et Iudicii consedit ille, conticuit diem, dixisset ut
fecerat fecissem Vt ei statim tercius a pretore dies
diceretur Vtique hec sic moderetur, Et cogitet si contemptus
sit iis sceleribus que commisit iam consecratum
Miloni, Si quod in me telum intorserit, statim

me esse acrepturum arma iudiciorum, atque legum, atque paulo ante P. C. contionem habuit, que est a me tota delata. Cuius contionis primum universum argumentum sententiamque audite, cum riseritis impudentiam hominis tum a me de tota contione audietis. De religionibus sacris et cerimoniis contionatus P. C. Clodius pulcer inquam Clodius sacra, et religiones negligi violari pollui questus est. Non mirum, si hoc vobis ridiculum videtur. Et sua contio risit hominem, quo ipse gloriari solet ducentis confixum se senatus consultis que sunt omnia contra illum pro religionibus facta, hominemque eum qui pulvinaribus bone dee stuprum intulerit, eaque sacra viri oculis, ne imprudentis quidem aspici fas est, non solum aspectu virili, sed flagitio, stuproque violarit, in contione de religionibus neglectis conqueri. Itaque nunc proxima contio eius expectatur de pudicitia. Quid enim interest, utrum ab altaribus religiosissimis fugatus de sacris et religionibus conqueratur, an ex sororum cubiculo egressus pudorem, pudicitiamque defendat. Responsum aruspicum hoc recens de fremitu in contione recitavit, in quo cum aliis multis scriptum etiam illud est id quod audistis, loca sacra, et religiosa prophana

al' pro religionibus

qui mea causa esse dixit domum meam a religiosissimo
sacerdote P. Clodio consecratam gaudeo michi de toto
hoc ostento, quod haud scio an gravissimum multis his annis
huic ordini nuntiatum sit, datam non modo iustam
sed etiam necessariam causam esse dicendi, reperietis enim
ex hoc toto prodigio atque responso, vos ex istius scelere
ac de furore ac de imprudentibus periculis maximis prope
voce Iovis optimi maximi premoneri. Sed primum expiabo
religione edium mearum, si id facere vere, ac sine cuiusquam
dubitatione potero, sin scrupulus tenuissimus residere
aliquis videbitur, non modo patienti, sed etiam libenti
animo portentis deorum immortalium religionique parebo
Sed que tandem in hac urbe tanta domus ab ista sus-
picione religionis, tam vacua, atque pura? Quamquam
vestre domus p. c. ceterorumque civium multo maxima ex parte
sunt libere, religione tamen una mea domus, iudiciis
omnibus liberata, in hac urbe sola est. Te enim appello,
Lentule et Philippe, ex hoc aruspicum responso decrevit
senatus, ut de locis sacris religiosis ad hunc ordinem
referretis, potestis ne referre de mea domo, que
ut dixi sola in hac urbe omni religione omnibus iudiciis
liberata est, quam primum inimicus ipse in illa tempestate

, ac nocte r. p. in tetrā scelā stilo illo impuro sextus
Clodius consecrasset, ne una quidē attigit littera reli-
gionis, deinde eandē domū post r. po.lus Romanus
cui est summa ptās oīm rerū, comitiis centuriatis
oīm etatū, ordinūqꝫ suffragiis eodem iure esse
iussit, qui fuisset postea, vos p. c. non quo dubia
res esset, sed ut huic furie, si diutius in hac urbe
quā delere cuperet maneret, vox interdiceretur, decre-
vistis ut de mearū edium religione ad pontificum
collegiū referretur, que tanta religio est, que
nō in nris dubitationibꝫ atqꝫ in maxīs supstitionibꝫ
unius populi servilii, ac M. luculli responso ac
vbo laborarent. de sacris pu.tis, de ludis maximis
de deorū penatiū vesteqꝫ mris cerimoniis de illo
ipso sacrificio, quod fit pro salute p. R. q pt Roma
conditam huius unius casti tutoris religionū scele
violatū est: quod tres pontifices statuissent, idē p
p. R. semp senatui, semp ipsis diis immortalibus
satis factū, satis augustū, satis religiosum esse visū
est. At vero domū meā p. lentulus consul et pon-
tifex. P. servilius. M. luculus. Q. metellus. Glabrio ffals fub

M· messalla ·l· lentulus flamen martialis ·p· Galba
Scipio · C· fannius· M· lepidus · l· claudius rex sacrorum
q· Scaurus· M· crassus · C· curio sex cesar flamen quirinal
Q· Cornelius · p · Albionianus · Q· terrentius pontifices
maiores causa cognita duobus locis dicta, maxima frequentia
amplissimorum ac sapientissimorum virorum civium,
adstante omni religione vna mente omnes liberaverunt
Nego vnquam post sacra constituta, quorum eadem est an-
tiquitas, que ipsius urbis ulla de re neque de capite quidem
virginum vestalium, tam frequens collegium iudicasse
quamquam ad facinorum disquisitionem interest adesse quamplur-
imos, ita est enim interpretatio illa pontificum, ut eidem
potestatem habeant iudicum religionis explanatione, ne
ab vno pontifice recte fieri potest, quod idem in iudicio ca-
pitis durum atque iniquum est, tamen sic experietis frequen-
tiores pontifices de mea domo, quam umquam de cerimo-
niis virginum iudicasse. Postero die frequentissimus
senatus te designato consule Lentule sine principe
·p· llentulo et ·Q· metello consulibus referentibus sta-
tuit, cum omnes pontifices, qui erant huius ordinis adessent
Curtiusque alii, qui honoribus ·p· R· antecedebant, multa

multa de collegii iudicio verba fecissent, omnesque idem scribendo adessent, domum meam iudico, pontificum religione liberatam videri, de hoc igitur loco sacro potentissimi videntur aruspices dicere, qui locus solus ex privatis locis omnibus hoc praecipue iuris habet, ut ab his, qui sacra conficiunt, sacer non esse iudicatus sit. Verum referte, quod ex senatus consulto facere debetis, aut vobis cognitio dabitur, qui primi de hac domo sententiam dixistis, et eam religione omni liberastis, aut senatus ipse iudicabit, qui uno solo illo antistite sacrorum dissentiente frequentissimus antea iudicavit, aut id, quod certe fiet, ad pontifices reicietur. Quorum auctoritati fidei prudentiae maiores nostri sacra, religionesque, et privatas, et publicas commendarunt. Quid ergo hi possunt aliud iudicare ac iudicaverunt. Multe sunt domus in hac urbe. p. c. atque haud scio an pene cuncte iure optimo, sed tamen iure privato, iure hereditario, iure auctoritatis, iure mancipii, iure nexi. Nego esse ullam domum aliam privato, eodem quo quae optima lege, publico vero omni praecipuo, et humano, et divino iure munitam, Et que primum edificabatur ex auctoritate senatus pecunia publica. deinde contra vim nefariam huius gladiatoris. Ut senatus consultis munita atque septa est. pro negotium iisdem ingratiis esse datum anno,

Nexus fuit similiter

superiore, ut curarent ut sine vi edificare michi liceret
quibus in maximis periculis universa res publica commendari
solet. Deinde cum ille saxis et ignibus, et ferro, vastitatem
meis sedibus intulisset, et decrevit senatus eos, qui id fe-
cissent lege de vi, que est in eos, qui universam rem publicam
oppugnassent teneri. Vobis vero referentibus opus hominum
memoriam, fortissimi, atque optimi consules decrevit idem
senatus frequentissimus qui meam domum violasset contra rem-
publicam esse facturum. Nego ullo de opere publico de monumento
de templo tot senatus extare consulta, quot de mea do-
mo, quam senatus una post hanc urbem constitutam ex
erario edificandam, a pontificibus liberandam, a magistratibus
defendendam, a iudicibus puniendam putaret. P. valerio
pro maximis in rem publicam beneficiis domus data est in
villa publica, at michi in palatio restituta. Illi locus,
at michi parietes atque tectum, Illi quam ipse privato
iure tuetur, michi quam ~~vos~~ publice ingratus omnis defe-
derit, quequidem ego, si aut per me, aut ab aliis
haberem, non predicarem apud vos nimis gloriari vide-
ter. Sed cum sit data michi a vobis, cum ea attemp-
tetur eius lingua, cuius antea manu eversa, vos michi,
et liberis mei manibus vestris reduxistis. Non ego de

meis · q̃ de vris factis loquor · nec vereor · ne h̃
mea veroꝝ beneficioꝝ ꝑdicatio non grata · potius q̃
arrogans videatur · Sed qm̃ mea causa · expedita est
videam9 nunc quid aruspices dicat Ego enim fateor
me · et magnitudine ostenti · et grauitate responsi · et
vna · atq̃ constanti voce aruspicum esse ꝑmotum
· quicq̃ si me tantis laborib9 ꝑfunctum hec ferret
alium glaꝫ · in repugna maledictis imploraꝝ hominum
quidem dolor · quis non ignosceret · vidi enim hesterno
die · quendam murmurantem · quem aiebant negare
ferre me posse · Quia cū ab hoc eodem impurissimo
parricida rogarer · cuius essem ciuitatis · respondi
me probantibus · et vobis · et equitibus · R · eius esse
· qui carere me non potuisset · Ille ut opinor ingemuit
Quid igitur responderem? quero ex ipo ipo · qui ferre
me non potest · me ciuem esse Romanum litterate
respondissem? an tacuissem? desertum negotium
· Pot quisq̃ in rebus magnis · cum inuidia versatus
satis grauiter · inimici contumelia · sine sua laude respon-
dere? At ipse non modo non respondet · quicq̃ potest
· cum est lacessitus · sed etiam gaudet se ab inimicis quid
respondeat admoneri · Neq̃ ijs sum · qui si cui forte

videor, plusque ceteri, qui eque, atque ego sunt occupati,
versari in studiis litterarum his delectari aut uti otio litteris, que
nostros animos deterrent, atque advocant religione, Ego
vero primum habeo, auctores, ac magistros religionum colendarum
maiores nostros, quorum michi fuisse tanta sapientia videtur
ut satis superque prudentes sint, qui illorum prudentiam non
dicam assequi, sed quanta fuerit prospicere possint, qui
al statas  statutas, solempnes que cerimonias pontificatu rerum
gerendarum, Augurio fatorum, veteres predicationes apo-
linis, vatum libris, portentorum explanatores, et trus-
corum disciplina contineri putaverunt, Cuequidem tanta est
ut nostra memoria primum italici belli, funesta principia
post sillam, Cinnanique temporis extremum pene discrimine
tum hanc recente, urbis inflamande delegendi
que imperii, coniuratorum, non obscure nobis paulo ante
predixerit, Deinde et cognovi multa homines doctissimos
sapientesque dixisse, et scripta, deorum immortalium nu-
men reliquisse, que quamquam divinitus perscripta video
tamen eiusmodi sunt, ut ea maiores nostri docuisse
Nota  illos, non ab aliis didicisse videantur, Et enim
quis est tam vecors, qui aut cum suspexit in celum
deos esse non sentiat, et ea, que tanta mente fiunt

ut vix quisquam arte ulla ordinem rerum ac necessitudinem persequi possit, casu fieri putet? Aut cum deos esse intellexerit non intelligat eorum numine hoc tantum imperium esse natum et auctum et retentum? Quam volumus patres conscripti licet ipsi nos amemus, tamen nec numero hispanos, nec robore gallos, nec calliditate penos, nec artibus grecos, nec denique hoc ipso huius gentis ac terre domestico, nativoque sensu italos ipsos, atque latinos, sed pietate ac religione, atque hac una sapientia, quod deorum immortalium numine omnia regi gubernarique perspeximus omnes gentes, nationes superavimus. Quare ne plura de re minime loquar dubia, adhibite animos, et mentes vestras, non solum aures ad aruspicum voces admovete. Et in agro latiensi auditus est strepitus cum fremitu ~~nato~~ mitto illam veterem, ab ipsis diis immortalibus, ut hominum fama, est Ethrurie traditam disciplinam, nos nonne aruspices esse possumus? Exauditus in agro propinquo, et suburbano, est strepitus cum fremitu, quidem reconditus, et horribilis fremitus armorum, Quis est ex gigantibus illis, quos poete ferunt bellum, diis immortalibus, intulisse, tam impius, qui hoc tam novo, tantoque motu non magnum aliquid deos populo Romano premonstrare, et precinere fateatur? De ea re

scriptum est, postulatores esse Iovi, Saturno, Neptuno, Telluri
dijs celestibus, audio, quibus dijs violatis expiatio debeatur
. Sed hominum ob que delicta? Quia ludos minus diligenter
factos pollutosque, quos ludos? Te appello Lentule tui
sacerdotij sunt tense, curricula, precentio, ludi, li-
bationes, epuleque, ludorum. P. C. vos quoque pontifices ad quos
epulones, iovis optimi maximi, si quid est pretermissum
aut commissum, afferunt, quorum de sententia illa eadem re-
novata atque instaurata celebrantur. Qui sunt ludi minus
diligenter facti? Quando, aut quo scelere polluti, Res-
pondebis pro te, pro collegijs tuis, etiam pro ponti-
ficum collegio, nihil cuiusquam, aut negligentia contentum
aut scelere esse pollutum omnia solemnia, ac iusta ludorum
omnibus rebus servata summa cum cerimonia esse servata
Quos igitur aruspices ludos minus diligenter factos, pol-
lutos que esse dicunt? Eos quorum, ipsi dij immortales
, atque illa mater dea tecum, Gn. Lentule, cuius abavia ma-
nibus esset accepta. Spectatorem esse voluit, Quod ni-
si tu Galesia illo die spectare voluisses, haud scio
an vivere nobis, atque his de rebus, iam queri liceret. Vis
enim innumerabilis incitata, ex omnibus vicis collecta servo-
rum ad hoc edilis religioso repente fornicibus

||' al ab (left margin, beside the last line)
||' al foribus (right margin, beside the last line)

hostiisque omnibus in scenam signo dato immissa irripit
. Tua tam tua in lentule eadem virtus fuit, qui in privato
/ quodque tuo periculo, te nomine imperii, vocem, aspectum,
impetum tuum stans, senatus equites que Romani, et omnes
boni sequebantur, cum ille furorum, et ludentium multi-
tudini, senatum populumque Romanum iunctum ipso consensu
/ et constructum in spectaculis, atque impeditum turba, et
angustiis tradidisset, aut si ludus constitit, aut tibi-
cen repente conticuit, aut puer ille patrimus, et
matrimus, si terram non tenuit, aut tensam, si lorum
omisit, aut si edilis verbo, aut si muto aberravit, ludi
sunt non rite facti, eaque errata expiantur, et
mentes deorum immortalium, ludorum instauratione pla-
cantur. Si ludi ab letitia, ad metu traducti sunt
si non intermissi, sed perempti, atque sublati sunt, si
civitati universe scelere eius, qui ludos ad luctum conferre
voluit, extiterunt dies illi profesti, pene funesti
dubitabimus quos, ille fremitus nuncet ludos esse pollu- ‖ al vocet
tos, at si volumus ea, que de quoque deo nobis tradita sunt
recordari, hanc matrem magnam, cuius ludi, violati
poluti, pene ad tel cedem, et ad funus civitatis con-
versi sunt. Hanc inquam accepimus agros, et nemora

cum quodam strepitu / fremituque pagrare hoc igitur
vobis / hoc ipso scelo et scelerum iudicia ostendit. Et pericu-
lorum signa patefecit. Nam quid ego de illis ludis lo-
quar / quos in palatio nostri maiores ante templum in

Magalenses ludi

ipso matris magne conspectu / magalesibus fieri / celebra-
rique voluerunt / qui sunt more institutis maxime casti sole-
nes religiosi / quibus ludis primum ante populi concessum
senatui locum p. affricanus / iterum consul ille maior de-
dit / ut eos ludos / hec lues impura polluerent quo si

al quos

liber / aut conspectu n. / aut etiam religionis causa
accessat / manus afferebantur / quo matrona nulla adiit
propter vim consensumque servorum / ita ludos eos / quorum
religio tanta est / ut ex ultimis terris / accersita in hac
urbe consederit / qui ludi ne uno / quidem verbo appellantur
latino / ut vocabulo ipso / et appetita religio externa
/ et matris magne nomine suscepta declaretur / hos lu-
dos servi fecerunt / servi spectaverunt / tota denique hoc edile
servorum magalesia fuerunt / proh dii immortales
qui magis nobis / cum loqui possetis / si essetis / versare-
mini / nobiscum ludos pollutos significastis / ac plane
dicitis. Quid magis inquinatum perversum conturbatum
dici potest / quam omne servitium permissu magistratus liberatum

in alteram scenam inmissum alteri prepositum, ut alter
consessus potestatis suorum totus esset. Si examen apium
ludis in scenam venisset, aruspices acciendos
ex etruria putaremus. Videmus universi repente ex-
amina tanta servorum inmissa in populum Romanum, sceptum atque inclu-
sum, et non commovemur. Atque in apium fortasse examine
nos ex etruscorum scriptis aruspices, ut a servitio caveremus
monerent. Quod igitur ex aliquo disiuncto diversoque monstro
significatum caveremus, id cum ipsum sibi monstrum, et cum
in eo ipso periculum est, ex quo periculum est, ex quo periculum
portenditur, non pertimescemus. Istiusmodi magalesia fecit — loquitur ad clodium
pater tuus, istiusmodi patruus. Is michi et generis
sui mentionem facit, cum athenionis aut spartaci exemplo
ludos facere malluit quam C. aut apii claudiorum. Illi cum
ludos facerent, servos de cavea exire iubebant, tu in
alteram servos inmisisti, ex altera liberos eiecisti. Itaque
qui antea voce preconis a liberis semovebantur, tuis lu-
dis non voce sed manu liberos a se segregabant.
Ne hoc quidem tibi in mentem veniebat, sibil-
lino sacerdoti, hec sacra maiores nostros ex vestris libris
expetisse, si illi sunt vestri, quos tu impia mente
conquiris, violatis oculis legis, contaminatis manibus — alias oculis

al. accita

attractus. Has igitur vate suadente quondam defessa Italia punico bello atque Hanibale vexata, sacra ista maiores nostri ascita ex Phrigia Rome collocaverunt, que vir ijs accepit, qui est optimus a populo Romano iudicatus, P. Scipio, femina autem que matronarum castissima putabatur, Quinta Claudia, cuius priscam illam severitatem sacrificij tua soror mirifica existimatur imitata. Nichil te igitur neque maiores tui iuncti cum his religionibus, neque sacerdotium ipsum, quo est hec tota religio constituta, neque curulis edilitas, que maxime hanc tueri religionem solet, permovit, quo minus castissimos ludos omni flagitio pollueres, dedecore maculares, scelere obligares. Sed quid ego id admiror qui accepta pecunia Pessinuntem ipsum sedem domiciliumque matris deorum vastaris, et Brogitaro gallo greco impuro homini, ac nefario, totum illud locum, fanumque vendideris, sacerdotem ab ipsis aris, pulvinaribusque detraxeris, omnia illa que vetustas, que pro se securi, que reges, qui europam, asiamque tenuerunt, semper summa religione coluerunt perverteris. Que denique nostri maiores tam sancta duxerunt, Ut cum refertam urbem, atque italiam fanorum haberemus, tamen nostri impera-

tores maris et piculosissimis bellis huic dee vota fecerit
eaq in ipso pessimunte ad illam ipam principem aram
et in illo loco fanoq persoluerunt. Quod cum deiotarus
religione sua castissime tuetur quem vnum habemus in
orbe terrarum fidelissimum huic imperio, atque amantissimum
nostri nominis brogitaro ut ante dixi addictum pecunia
tradidisti, atque hunc tamen deiotarum sepe a senatu regali
nomine dignum existimatum, clarissimorum imperatorum testi-
monijs ornatum, tu etiam regem appellari cum bro-
gitaro iubes. Sed alter est rex iudicio senatus per nos
pecunia brogitarus per te appellatus, alterum putabo regem, si
habuit vnde tibi soluat quod ei per singrapham cre-
didisti. Nam cum multa regia sint in deiotaro, tamen
illa maxime quod tibi nullum nummum dedit, quod
eam partem parte legis tue que congruat cum iudicio
ut ipse rex esset non repudiauit. quod pessimuntem, per sce-
lus, a te violatum et sacerdotem ~~et sacerdotem~~ sacrisque
spoliatum, recuperauit. ut in pristina religione seruaret
quod cerimonias ab omni vetustate acceptas a bro-
gitaro, polui non sinit. Mauultque scilicet brogitarus genum suum mu-
nere tuo quam illud fanum antiquitate religionis
carere. Sed ut ad hec aruspicum responsa redeam Ex quibus
est primum de ludis quis est, qui id non sic totum

alias legit

in istius ludos predictum et responsum esse fateatur / Sequitur
de locis sacris religiosis / o / impudentiam miram de mea
dicere gaudes / Committe / uel senatui / uel consulibus / uel
collegio pontificum tua / Ut mea quidem his tribus omnibus
iudiciis ut dixi antea liberata est / Ut in his edibus / quas
tu T / M / quintio / Syro / equite R / viro optimo / per te cap-
tissime interfecto tenes sacellum / dico fuisse aras /
tabulas / habent censores / memoria firmabo / ac docebo
Agatur modo haec res / que ex eo senatus / C / quod
nuper est factum referri ad vos necesse est / Habeo que
de locis religiosis velim dicere / cum de domo tua dix-
ero / in qua tamen ita est / in edificatum sacellum / Et
alius fecit tibi / tantummodo sit demoliendum / tamen vide-
bo num michi necesse sit de aliis etiam aliquid dicere
putant enim nonnulli ad me pertinere / ac sedem maxime
religionis privato dicunt vestibulo contineri / Multa
me movent quod edes telluris est curationis mee / quod
is qui illud armentarium sustulit mea domum pon-
tificum iudicio liberatam / secundum fratrem suum iudicatum esse
debeat / Movet etiam me in hac caritate annone
sterelitate agrorum inopia frugum religio telluris
et eo magis / quod eodem ostento / telluris postulatio

deberi dicitur. Vetera fortasse loquimur, quamquam hoc si minus
civili iure perscriptum est, lege tamen nature communi iure gentium
sanctitum est, ut nihil mortales a diis immortalibus
usu capere possint. Verum antiqua negligimus. Et
Et iam ne ea negligemus, que fiunt, maxime que vidimus
L. pisonem quis nescit his temporibus ipsis maximum et sanctissimum
diane sacellum in celiculo sustulisse. Assunt vicini
eius loci. Multi sunt etiam in hoc ordine, qui sac-
rificia gentilicia ipso illo in sacello statuto loco anni-
versari factitarint. Et quid primum dii immortales que
loca desiderant, quid significent, de quo loquantur
? A sexto serano sanctissima sacella suffossa inedifica-
ta oppressa, summa denique turpitudine esse fedata nes-
cimus. Tu meam domum religiosam facere potuisti.
? Et qua mente? quam amiseras? Qua manu?
Qua disturbaras? Qua voce? Qua innocendi iusseras? al. incendi
Qua lege? Qua ne in illa quidem impunitate tu
scripseras. Quo pulvinari, quod stupraras? quo
simulachro? Quod ereptum ex meretricis sepulchro im-
peratoris monumento collocaras? Quid habet me domus
religiosi, nisi quod impuri et sacrilegi pariete tan-
gitur. Itaque ne quis eorum imprudens introspicere possit

tuam domum, at te factis illa tua facientem videre, tollam, altius tectu, non ut ego te dispiciaz, si tu ne aspicias urbem illam, quam delere voluisti, sed ut auspicium reliq(ua) responsa videam(us), Oratores cont(ra) ius fas(que) interfectos, Quid est hoc de alexandrinis esse video sermone, quem ego non refuto, sic enim sentio ius legatorum cum hominum praesidio munitum, tum etiam divino iure esse velatum, Sed quero ab illo, qui omnes iudices tribunos e carcere in forum effudit cuius arbitrio sicut omnes nunc atque omnia venenantur, tantur, qui cum Hermachorio singrafas fecit, Et quis sciat unum acerrimum adversarium hermachorii theodosium legatum ad senatum a civitate libera missum sica percussum, Quod non minus, quam de alexandrinis indignum diis immortalibus esse visum certe scio, Nec confero nunc in te unum omnia, Spes maior esset salutis, si praeter te nemo esset impurus, plures sunt hi et tu magis confidis, magis et nos ipse iure diffidimus, Quis platonem ex ore vide, que per macedonie libera est, hominem in illis locis clarum ac nobilem legatum, thesalonicam ad nemum, ut semper appellavit, Imperatorem venisse nescit? Quem ille ipse

pecuniam quam ab eo extorquere non poterat in vincla
coniecit, et medicum intromisit suum qui legato socio
amico libero fedissime et crudelissime venas
incideret. Securis suas cruentari scelere noluit. Nomen
quidem populi Romani tanto scelere contaminavit. Ut id nulla
re possit nisi ipsius supplicio expiari. Quales hunc
carnifices putamus habere, qui et medicis suis non al' putatur
ad salutem sed ad necem utantur. Sed recitemus quid se-
quatur. Fidem iusque iurandum neglectum. Hoc quid
sit per se ipsum non facile interpretor. Sed ex eo quod
sequitur suspicor de tuorum iudicum manifesto periurio
dici, quibus olim erepti essent nummi, nisi a sena-
tu presidium postulassent. Quare aut dici suspicor.
Hec causa est, quod sit statuto et illud in hac civitate
esse maxime illustre atque insigne periurium, et te ipsum
tamen periurii impune ab his quibus cum coniurasti
non vocari. Et video in aruspicum responsis hec
esse subiuncta. Sacrificia vetusta, occultaque, minus dili-
genter facta, pollutaque. Aruspices hec loquuntur. An
patrii, penatesque dii. Multi enim sunt credo in quos
huius malefitii suspitio cadat. Quis preter hunc unum
obscure dicitur, que sacra polluta sint. Quid planius

// al vetusta

// al vetustu

Quid comiciis, quid religiosius dici potest? vetusta/occultaque. Nego ulla verba Lentulum, quem oratorem ac disertum, sepius cum te audiret usurpasse, quam hec, que ex Thuscis libris conversa, atque interpretata dixi. Etenim quod sacrificium, tam vetus est, quam hoc quod a regibus equale huius urbis accepimus? Quod autem tam occultum? quam id quod non solum curiosos oculos excludit sed etiam errantes. Quo nemo improbitas, sed ne imprudentia quidem possit intrare. Quod quidem sacrificium nemo, nisi P. Clodium, omni memoria (al diis) violavit. Nemo umquam adiit, nemo neglexit, nemo vir aspicere non horruit, quod fit per virgines vestales, fit pro populo Romano, fit in ea domo, que est in imperio, fit incredibili cerimonia. Fit ei dee, cuius ne nomen quidem viros scire fas est, quam iste ideo Bonam dicit, quod in tanto sibi scelere ignovit. Non ignovit michi crede non, nichil forte tibi ignotum putes, quod te iudices dimiserunt (al o) excussum, et exhaustum suo iudicio absolutum, omnium condempnatum, aut quod oculos non perdidisti, Quis enim ante te, qui sacra illa vir sciens viderit, ut quisquam penam, que sequeretur, id scelus scire posset. Van tibi ulius abest cecitas plusque libidinis, ne id quidem sentis

sentis coluendis illis oculos aviam tui magis optandos fuisse, quam os flagitiis sororis. Tibi vero si diligenter attendens intelliges hominum penas deesse adhuc, non deorum, homines te in re fedissima defenderunt homines, turpissimum nocentissimum laudarunt homines, prope iudicio liberarunt, hominibus iniuria tui stupri illata in ipsos dolori non fuit Homines tibi arma alii in me, alii post illum invictum civem dederunt hominum beneficia, prorsus concedo tibi. Ut maiora non esse querenda a diis quidem immortalibus. Quare potest homini que maior esse pena furore atque dementia, nisi forte in tragediis, quos volnere ac dolore corporis cruciatum, et consumi vides graviores deorum immortalium iras subire, quam illos, qui furentes inducitur putes. Non sunt ululatus, et gemitus philoctete tam miseri, quamquam sunt acerbi, quam illa exultatio athamantis, et quam senium atridarum. Tu cum furiales in contionibus voces mittis, Cum domus civium evertis, tum lapidibus optimos viros foro pellis, cum ardentes faces in vicinorum tecta ~~iactas~~ mittis iactas, cum edes sacras inflamas, tum servos concitas, cum sacra, ludosque conturbas. Cum uxore sororemque non discernis, cum quod in eas cubile non sentis, tum baccharis, cum furis

tum das eas penas, que sole sunt hominum scelere a diis immortalibus constitute. Nam corporis quidem nostri infirmitas multos subit casus per se, denique ipsum corpus tenuissima saepe de causa conficitur, deorum tela impiorum mentibus figuntur. Quare miserior es, cum in omnem fraudem rapis oculis, quam si omnino oculos non haberes. Sed quoniam de his omnibus, que aruspices commissa esse dicunt, satis est dictum. Videamus, quid idem aruspices a diis immortalibus dicant moneri. Monent ne per optimatum discordiam dissensionemque, patribus, principibusque, cedes, periculaque creentur, auxilioque diminuti deficiantur, quare ad unum imperium provincie redeant, exercitusque pulsus diminutioque accedat. Aruspicum verba sunt haec omnia, nichil addo de meo. Quis igitur hanc optimatum discordiam molitur? Idem iste, nec ulla vi ingenii, aut consilii sui, sed quodam errore nostro, quem quidem ille, quod obscurus non erat facile perspexit. Hoc enim et turpius afflictatur res publica, quod ne ab eo quidem vexatur, ut tamquam fortis in pugna vir acceptis a forti adversario, vulneribus adversis honeste cedere videatur. Tiberius Gracchus convellit statum civitatis, qua gravitate vir, qua eloquentia, nihil ut a patris, aviique Affricani

// al quem

prestabili insignique virtute, preterquam quod a senatu dissentiebat
deflexisset. Secutus est C. Gracchus, quo ingenio, quanta
vi, quanta gravitate dicendi, ut dolerent boni non illa
tanta ornamenta ad meliorem mentem voluntatemque
esse conversa. Ipse L. Saturninus, ita fuit effrenatus, et pene
demens, ut auctor esset egregius, et ad animos imperitorum
excitandos, inflammandosque perfectus. Nam quid ego
de P. Sulpitio loquar? cuius tanta in dicendo gravi-
tas, tanta iocunditas, tanta iucunditas, tanta brevi-
tas fuit ut posset velut prudentes errarent, vel
ut boni minus bene sentirent, perficere dicendo. Cum
his conflictari, et pro salute patrie, quotidie dimi-
care. Erat omnino illis, qui tunc rem publicam guber-
nabant honestum, sed habebat ea molestia quandam
tamen dignitatem. Hic vero de quo ego ipse tam
multa nunc dico, proh dii immortales, quid est?
quid valet, quid affert, ut tanta Civitas, non cadet,
quod dii omen obruant. Viro tamen confecta videatur.
Qui post patris mortem primam illam etatulam suam
ad scurrarum locupletium libidines detulit. Horum intem-
perantia, expleta in domesticis, est germanitatis
stupris, volutatus deinde iam robustus provincie se, ac

rei militari dedit, atque ibi pir[illegible] proffessus
etiam [illegible] libidines barbarorum satiavit, postea exercitu
Luculli solicito, per nefandum scelus fugit illuc, Romeque
recenti adventu suo cum propinquis dedicat decidit
ne reos faceret, a catilina pecuniam accepit, ut tur-
pissime post varicaretur. Inde cum arena se in gal-
liam contulit, in qua provincia mortuorum testamenta
conscripsit, pupillos necavit. Nefarias, cum multis
scelerum pactiones, societatesque conflavit. Et ut
redegit, redijt redire, questuram illam maxime fe-
cundam, uberemque campestrem, totum ita ad se redegit
Ut homo popularis fraudaret improbissime plebem
idemque vir clemens divisores omnium tribuum domi ipse
sue crudelissima morte mactaret. Exorta est
illa reipublice sacris religionibus, auctoritati vestre judicijs
publicis funesta questura. In qua idem iste deos,
homines, pudorem, pudicitiam senatus auctoritatem
, ius, fas, leges, iudicia violavit. Atque hec ei gradus
O misera tempora, stultasque nostras discordias. P. Clo-
dio grande ad rempublicam tantum hic primus est aditus ad
populum iactatorum, atque assensus. Nam tiberio graccho
munium velis cui feriendo questor. C. carnantini

al. grandis

consulis cum esset, interfuerat, et in eo sedē imp-
bando. senatus seuitas dolori et timori fuit, Itaque
res illum fortem et clarū uirū aequitate primū
desistere coegit, C. autē gracu mors fraterna
pietas dolor, magnitudine animi ad expetendas
domestici sanguinis penas excitauit. Saturninū quidē
in annone caritate questorem. a sua frumentaria
procuratione senatus amouit. cuius cum. stante pferit,
Scimus dolorē fecisse popularem esse Sulpitium ab op-
tima causa profectū. Caio que tutio consulatū contra
leges petenti resistentem. longius quam uoluit, pplaris
aura prouexit. fuit in his omnibus causa, etsi non
iusta, nulla enim potest cuique male de republica
merito iusta esse causa ciuis, tamen et cum aliquo animi,
et iuris dolore quarta, P. cladius a corona a mi-
tra a mulieribus soleis purpureis que fasceolis astro-
phio a psaltrio, flagitio, a stupro, et est factus repente
pplaris, nisi eum mulieres exornatum ita dephendis-
sent. Nisi ex eo loco. quo eum adire fas non fuerat
ancillarum beneficio emissus esset pplari hoc. p. r.
res publica cum tali careret, hac ob amentiam in dis-
cordiis nostris de quibus ipsis his, prodigiis recentibus

a dijs immortalibus admonemur. Arreptus est unus ex patritijs. cui tribuno plebis fieri non liceret que anno an fr̄ Metellus, et concors, etiam tunc senatus principi Cn. pompeio sententiam dicenti, excluserat, acerrimeque una voce, ac mente restite-rat, id post dissidium optimatum, de quo ipso nunc mo-neor. ita perturbatum, itaque permutatum est, ut quod frater consul ne fieret obstiterat, quod affinis, et soda-lis, clarissimus vir, qui illum reum non laudarat, ex-cluserat. id is consul efficeret in discordijs principum qui illi unus inimicissimus esse debuerat, eo fe-cisse auctore diceret. Cuius auctoris, neminem posset penitere. Inierta est fax foeda, ac luctuosa rei p. pe-tita est auctoritas, vestra dignitas amplissimorum ordinum consensio bonorum omnium, totus denique civitatis status. Hec enim certe petebantur. Cum in me cogni-torem, harum omnium rerum, illa flamma illorum temporum coniciebatur. Excepi, et pro patria solus exarsi, sic tamen. Ut vos, iisdem ignibus circumsepti me primum ictum pro vobis, et fumantem viderit. non sedebantur discordie, sed etiam crescebat in vos odium, a quibus defendi putabamus. Ecce iisdem auctoribus

pompeio principe, qui cupientem Italiam pplni. r.
desiderantem flagitantes vos non solum auctoritate, sua,
sed etiam precibus ad meam salutem excitavit restituti
sumus. Sed discordiarum finis alius ab interius disse-
sionibus congestamus, non sunt eadem ista labes, ea
facit cotones, ea miscet, ea turbat. ut iam vendat
illis, non tamen ut se quisque, si ab isto laudatus sit
laudatum esse pudet, sed ut eos quos non amant ab eodem
gaudeat vituperari. Utque ego sic non miror primum
quod, quamvis clarorum hominum, atque optime de republica
meritorum impurissimi voce hominis violari facile patiuntur.
Deinde si existiment, perditi hominis profligatique
maledictis posse, id quod minime conducit ipsis, cuiusque
gloriam dignitatemque violari. Postremo quod non
sentiunt id, quod tamen michi suspicari videntur,
illius furentes ac volaticos impetus in seipsos
posse converti. Utque sic ex nimia alienatione ex qui-
busdam herentia tela in re p. que quamdiu herebant
in uno me communiter equidem, sed aliquanto levius fere-
bam. Unde iste nisi prius se dedisset his quorum animos
a vestra auctoritate seiunctos esse arbitrantur, nisi eos in celum
suis laudibus preclarus autor extolleret, nisi exercitum

Cesare in quo fallebat, s; eu nemo redarguebat nisi
eum ingeb exitu signis infestis in arriaz se inmissuru
minitare. nisi Gn. Pompeio auditore. M. Crasso
autore q; faciebat face, clamaret, nisi consules cau-
sam coniunxisse, secum in quo vno no mentiebat,
confirmaret, tam crudeles mei, tam scelerati x p
uerator esse no potuissz sidem postea q; respirare vos
a metu tedis, emergere aut vram, a fluctibz illius
suitute, reuiuiscere memoria, ac desideriu mei uidit
Nobis se cepit subito fallacissime vendicare Tum
leges iulias con auspicia latas, et hic et in cotonibz
dice, quibz legibz inerat, Curiata illa lex, que totu
eius tribunatu continebat, quam cetus amentia
non videbat, Producebat fortissimu vir M. bibulu
querebat Ex eo C. cesare leges ferente de celo semp
ne suasisset, Semp se ille persuasse dicebat Auguies
interrogabat, que ita lata essent, Illi vitio lata ee
dicebant, ferebant in oculis homies qd boni viri
et de me optie meiti, Sed illi, ut ego arbitror furoris
ignari longius processit, in ipm Gn. Pompeiu autoz
ut praedicare est solitg consilior suor michi cepit, Ini
bat gratiam a nonullis. Tu vo est sceratus se posse, qui

togatum domestici belli extinctorem nefario scelere
fedasset, illum etiam illum externorum bellorum hostiumque vic-
torem affligeret. Tum est illa in templo castoris
scelerata et pene deletrix huius imperii sica deprehensa
tum ille cui nulla hostium diucius urbs umquam fuit
clausa, qui omnes angustias, omnes altitudines menium
obiecta tela semper vi, ac virtute perfregit obsessus
ipse est domi, meque nonnulla imperitorum vituperatione
timiditatis mee consilio, et facto suo liberavit. Nam
si Cn. pompeio viro uni omnium fortissimo, quicumque
nati sunt fortissimum miserrimum magis fuit quam turpe
quamdiu ille tr. plebis fuit lucem non aspicere care
publico minas eius perferre, Cum in contionibus diceret
velle se incarinis edificare alteram porticum, que pa-
latio responderet certe exire domo mea ad privatum
dolorem fuit luctuosum, ad racionem reipublice gloriosum
videtis igitur hominem per se ipsum iam pridem afflictum
iam iacentem perniciosis optimatum discordiis exci-
tari. Cuius inicia furoris dissensionibus eorum, qui tum
a vobis seiuncti videbantur, sustentata sunt reliqua
iam precipitantis tribunatus etiam post tribunatum

abstractatores in corpus, atque adversarii defenderint, ne a re
publica, reip. pestis removeretur. Restiterunt ne contra
meam causam diceret, etiam ne privatus esset, etiam ne
in senatu, atque in deliciis, quidem optimi viri ipsam
illam venenatam, atque pestiferam habere potuerunt
. Quo tandem decepti munere volo inquiunt esse, qui de
catone detrahat de pompeio detrahat ille vitu-
perando, velles, si hic vir summus, atque de mea salute
optime meritus acciperet, ut a me dicitur. Dicam certe
quid sentio michi me diffidens, tum de illius am-
plissima dignitate detrahere, tum illum maximis lau-
dibus efferre videbatur. Verumtamen gn. Marius
splendidior, cum eius gloriam laudabat, an cum eius
iratus peccata vituperat. An ille demens etiam pridie
ad penam exitiumque preceps, fedior, aut inquinatior
in Gn. Pompeio accusando, quam in universo senatu vi-
tuperando fuit? Quod quidem miror, cum alterum
gratum sit iratis, alterum esse tam bonis civibus non acerbum
Sed ne id viros optimos diutius delectet, legant
hanc eius contionem, de qua loquor, in qua Pompe-
ium ornat. an potius deformat? Certe laudat
et unum esse in hac civitate dignum huius imperii dicit

et significat, se illi amicissimum esse et reconciliatum
esse gratia. Quod ego, quamquam quis sit nescio, tamen
hoc statuo, hunc si amicus esset Pompeio laudaturum illum
non fuisse. Quid enim si illi inimicissimus esset, amplius
ad eius invidiam facere potuisset? Videant hi, qui illum
Pompeio inimicum esse gaudebant, ob eamque causam
in tot, tantisque sceleribus, conivebant, et nonnumquam eius
indomitos, atque effrenatos furores plausu etiam suo
prosequebantur. quam se cito inverterit. Nunc enim iam lau-
dat illum, in eos invehitur quibus se antea vendita-
bat, quid existimatis eum, si reditus ei gratie patuerit
esse facturum, qui tam libenter in opinione gratie
irrepat, Quas ego alias optimatum discordias, a diis
immortalibus diffiniri putem? Nam hoc quidem verbo
neque P. Clodius, neque quisquam de gregalibus eius
aut de consiliariis designatur, Habebunt ethrusci
libri certa nomina, que in id genus civium cadere possit
deteriores repulsos, quod iam audietis hos appellant
quorum et mentes, et res sunt perdite, et longe a
communi salute disiuncte, Quare cum dii immortales mo-
nent, de optimatum discordiis, de clarissimorum et

optime meritorum, cum dissensione praedicavit. Cum princi-
pibus periculum caedemque portenderet in tuto collocarunt
Clodium, qui tantum abest a principibus, quantum a pueris
quantum a religiosis. Vobis o carissimi atque optimi cives
et vestrae saluti consulendo, et prospitiendo videntur, caedes
principum ostendi, adiungitur etiam, ne in vniversas
res recidat admonemur. Ad quem metum si deorum
monitis non ducemur, tamen ipsi nostro sensu coniecturam
capiemus. Neque enim ullus alius discordiarum solet esse
exitus inter claros, potentesque viros, nisi aut vni-
versus interitus, aut victoris dominatus, aut regnum.
Dissensit, cum maior clarissimo cive, Consul nobilis-
simus, et fortissimus L. Silla, horum uterque ita cecidit victus
ut victor idem regnavit. Cum Octavio collega disse-
dit, Cinna uterque horum secunda fortuna regnum est lar-
gita, adversam mortem idem iterum Silla superavit. Tunc
sine dubio, habuit regalem potestatem, quamquam rempublicam
recuperavit. Inest hoc tempore aut obscurorum, atque id insitum
penitus, et iniustum civis hominum amplissimorum dissidet
principes. Captatur occasio. Qui tamen non opibus
valet. Nec scio qua fortuna tamen ac tempore expectat
qui sine controversia plus possunt, et fortasse nonnumquam

consilia, ac sententias inimicorum suorum extimescunt
Tollatur civium discordia, iam omnes isti, qui portendunt
metus extinguentur. Iam ista species que tu hunc deli-
tescit, tum se emerget, et feretur illuc compressa atque
illuc movetur. Movet enim eadem, ne occultis consiliis
res publica ledatur. Que sunt occultiora, quam eius qui furi-
dioso in contione, ausus est dicere iusticiam edici opor-
tere, iurisdictionem intermitti, clausa erarium, iudicia tolli.
Ni forte existimatis, collibuitque illi tantarum eversionem
civitatis in mentem subito in rostris, nec cogitatam
venire potuisse. Est quidem ille plenus vini, stupri,
somni, plenus que inconsideratissime, et dementissime
temeritatis. Verumtamen vigiliis nocturnis etiam coac-
tione hominum vestitum illud concoctum, atque meditatum
est. Mementote p. c. verbo illo nefario temptatas
aures vestras, et perniciosam pravam, audiendi consue-
tudine esse munitam. Sequatur (vel sequatur) illud, (legitime) deterioribus
repulsis honos augeatur. Repulsos videamus.
Nam deteriores, qui sunt post docebo. Sed tamen in eum
cadere hoc unum maxime, qui sit omnium mortalium sine ulla
dubitatione deterrimus concedendum est. Qui sunt igitur

repulsi, Non ut opinor hi, qui aliquo honore vicio
Civitatis, non suo, non sunt affecti, Nam id quidem
multis sepe optimis civibus atque honestissimis viris accidit
Repulsi sunt hi, quos ad omnia progredientes, quos
munera contra leges gladiatoria parantes, quos ap-
tissime largientes, Non solum alieni, sed etiam sui
vicini tribules, urbani rustici repulerunt, Hi ne ho-
nore augeantur. Monemur, Et esse ingratum, quod praedicat,
sed tamen huic malo, populus Romanus, ipse nullo aruspicum
admonitu sua sponte prospexit, deteriores Cavete
quorumquidem est magna natio, Sed tamen eorum
hic dux est, atque princeps Etenim si unum hominem
deterrimum poeta praestanti ingenio aliquis, fictis conqui-
sitisque vicijs deformatum vellet inducere nullum profecto
dedecus reperire posset, quod in hoc multaque in eo peni-
tus defixa, atque herentia praeteriret, parentibus, et dijs
immortalibus, et patrie. Nos primum natura conciliat, eodem
enim tempore, et suscipimur in lucem, et hoc celesti spiritu
augemur, et certam in sedem civitatis ac libertatis
ascribimur Iste parentum nomen sacra memoriam
gentem, fonte sano nomine obruit, deorum ignes so-
lia mentes abditos ac penetrales focos occulta.
et maribus non invisa solum, sed etiam inaudita sacra

inexpiabili scelere pervertit, sedemque ceterorum templum infla-
mavit deorum, quorum ope etiam aliis incendiis subveni-
tur. Quid de patria loquar, qui primum cum civem in Ca-
pitoliis urbe omnibus patrie presidiis depulit, quem vos
patrie conservatorem esse sepissime iudicaretis, deinde
everso senatu, ut ego semper dixi, comitte duce, ut
ille dicebat, senatum ipsum principem salutis mentisque
publice vi cede, incendiisque pervertit, simul sustulit,
duas leges Eliam et Fusiam maxime rei publice salu-
tares censuram extinxit, intercessione removit, au-
spitia delevit, consules sceleris sui, socios erario
provinciis exercitu, armavit, reges qui erant, vendidit
qui non erant appellavit Gn. Pom. ferro domum
compulit, imperatorum monimenta evertit, inimicorum domus
disturbavit, vestris monumentis nomen suum inscripsit
Infinita sunt scelera, que ab illo in patriam sunt edita
quid in singulos cives, quos necavit, socios, quos
diripuit, imperatores, quos prodidit, exercitus quos temptavit.
Que vero ea quanta sunt, que in ipsum scelera que in suos
edidit, Quis minus umquam pepercit hostium castris. quam ille
omnibus corporis sui partibus. Que navis umquam in flumine
publico, tam vulgata omnibus, quam istius etas fuit,

Cuius unquam nepos tam libere est cum scorto, quam hic
cum sororibus volutatus. Quam denique tam immanem
caribdim poete fingendo exprimere potuerunt, que
tantos exhaurire gurgites posset, quantos iste Bizan-
tiorum Borgitarorumque predas exorbuit, aut tam emine-
tibus canibus Sillam tamque ieiunis, quam quibus istum videtis
Gellijs, Clodijs, Titijs, rostra ipsa mandantem. Ergo
id quod extremum est, in aruspicum iussis providete,
ne reipublice status commutetur. Etenim vix, hec, si undique
fulciamus, iam labefacta, vix inquam innixa omnium
nostrum humeris cohebunt. Fuit quondam ita firma
hec Civitas, et valens, ut negligentiam senatus, vel
etiam iniurias Civium ferre posset, iam non potest.
Erarium nullum est, Vectigalibus non fruuntur, qui re-
demerunt, auctoritas principum cecidit. Consensus ordinum
est divulsus, Iudicia perierunt, suffragia descripta te-
nentur a paucis. Bonorum animus ad nutum nostri
ordinis expeditus iam non erit. Civem, qui se pro
patrie salutem oppugnet invidie, Frustra post hac
requiretis, quare hunc statum, qui nunc est qualiscunque
est nulla alia re, nisi concordia retinere possumus
Nam ut meliore simus loco, ut optandum quidem est

in illo imperio deteriore aut usitatum, Ut finis vero
est inferior gradus, aut interitus aut servitutis, quo ne
trudamur, dij inmortales nos admonent. Cum iam
pridem humana ceciderunt. Atque ego hanc orationem P. C.
tam tristem, tam gravem non suscepissem, non quin
nisi hanc personam, et has partes honoris populi
Romani, viris plurimis ornamentis michi tributis,
deberem, et possem sustinere, sed tamen facile tacentibus
ceteris reticuissem. Sed hec orationis fuit, non auctoritatis
mee, sed publice religionis, fuerunt vero fortasse plura
sine quidem omnes aruspicium, ad quos, aut referri
nunciata, omnia non convenit, aut eorum responsis commoveri
necesse est. Et si cetera, magis pervulgata, nos sepe
et leviora movent. Vox ipsa deorum inmortalium
non mentes omnium permovebit. Nolite enim id putare
accidere posse, quod in fabulis, videtis fieri. Ut deus
aliquis lapsus e celo, cetus hominum adeat versetur in
terris, cum hominibus colloquatur. Cogitate genus, sonitus
eius, que latinienses nunciarunt. Recordamini illud
quod non dum est relatum. quod eodem fere tempore
factum in agro piceno potentie nunciatur. terre
motum horribilem, cum quibusdam multis metuendis.

alias colloquatur

rebus, h' eadem profecto, que prospiciam impedimento perti-
mescetis, Et enim hec deorum in Mortalium vox, hec pene
oratio subtrahenda est, Cum ipse mundus atque ager-
cum terremotu quodam novo contremiscat, et inusitato
aliquid sono incredibilique predicat, in quo constituende
nobis sunt quidem procurationes, et obsecratio quemad-
modum monemur Sed faciles sunt preces apud de-
os qui ultro nobis viam salutis ostendunt. Nostre
nobis sunt inter nos ire discordieque placande.

Non Licet

M. T. Ciceronis in Catilinam prima invectio incipit feliciter.

Quousque tandem abutere Catilina
patientia nostra, quamdiu etiam
furor iste tuus nos eludet. quem
ad finem sese effrenata audatia
iactabit. Nichil ne te nocturnum
presidium palatii. Nichil urbis
vigilie. nichil timor populi.
Nichil concursus bonorum omnium.
Nichil hic munitissimus habendi
senatus locus. Nichil horum hora voltusque moverunt.
Patere tua consilia non sentis. Quid proxima quid
superiore nocte egeris, ubi fueris, quos convocaveris
quid consilii ceperis, quem nostrum ignorare arbitraris.
O tempora o mores, senatus intelligit, consul
videt, tamen hic vivit. Vivit immo vero in senatum
venit. Fit publici consilii particeps. Notat et designat
oculis ad cedem unumquemque nostrum. Nos autem fortes
viri satisfacere reipublice videmur, si istius furorem
ac tela vitemus. Ad mortem te Catilina duci iussu
consulis iam pridem oportebat in te conferri pestem
istam, quam tu in nos omnes iam diu machinaris.
An vero vir amplissimus P. Scipio pontifex M. ...

grachum mediocriter labefectante statu rei pu^ce. priuatus
interfecit. Catilina vero orbem terre, cede atque incen-
diis, vastare cupientem nos consules perferemus. Nam
illa nimis antiqua pretereo, quod C. Suilius Ala. Sp. me-
lium nouis rebus studente, manu sua occidit. Fuit, fuit
quondam ista in hac re publica virtus. Vt viri boni fortes
acrioribus suppliciis. Ciue perniciosum, quam acerbissimum
hostem coherceront. Habemus senatus consultum
Catiline vehemens, et graue. non deest reip^ce. consiliu
neque auc^tas huius ordinis. Nos, nos dico aperte consules
desumus. Decreuit quondam senatus, ut L. opimius,
consul uideret. Ne quid res pu^ca detrimenti caperet.
Nox nulla intercessit, interfectus est propter quasdam
seditionum suspitiones G. Grachus clarissimo patre auo
a maioribus occisus est. Cum liberis M. fuluius consulares
Simili senatus consulto G. mario, et L. ual consuli.
est permissa res pu^ca. Num vnum diem, postea. L. sa-
turninum Tri pl. et Suilium pretorem mors ac re-
pentina pena remorata est. At nos vicesimum
iam diem patimur hebescere aciem horum auc^tis. Habemus
huiusmodi. S. C. Verumtamen inclusum in tabulis, tamquam
in vagina reconditum, quo ex S. C. confestim te-

interfectu esse Catilina convenit, Vivis, vivis non
ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam, Cupio
P. C. me esse clementem, Cupio in tant rep. pi-
culis non dissolutu videri Sed iam me ipe inertie ne- // al con
quitieque contempno, Castra sunt in Italia // c. ii. p. f.
in etrurie, faucibus collocata, Crescit in dies singulos
hostiu nu[illegible], Eorum autem castrorum Imperatorem, ducemque hos-
tiu intra menia. atque // adeo in senatu videtis intesti- // als adesse
nam aliquam, quotidie pniciem reip[illegible] moliente
Sed te iam Catelina comphendi, Si interfici iussero
Credo erit verendum michi, ne non potius omnes
boni serius a me quam quisquam crudelius fcm esse dicat, Vero
ego, quod iam pridem fctm esse oportuit, certa de causa
~~nondu~~ nondu adducor, Vt faciam, Tum denique inter-
ficiam, tum iam nemo tam improbus, tam pditus,
tam sui similis inveniri potit, qui non iure fcm
esse fateatur. Quam diu quisquam erit, qui te defende
audeat, Vives, et vives, et ita ut nunc vivis multis
meis, et firmis psidiis obsessus, Nec commovere te
contra rempublicam possis, Multorum te etiam oculi, et au-
res no sentientem, sicut adhuc fecerunt speculabuntur
atque custodient, Et quid est Catilina, quod iam

iam amplius expectes. Si neque nox tenebris obscurare
cetus nefarios, nec privata domus parietibus continere voces
coniurationis tue potest, si illustrantur, si erumpunt omnia
muta iam michi istam mentem, michi crede obli-
uiscere cedis, atque incendiorum teneris undique. Luce sunt
clariora Nobis tua consilia omnia, Que iam me cum
licet recognoscas. Meministi me ante diem. xii. kl.
novembris, dicere in senatu fore in armis, certo die,
qui dies futurus esset ante diem vj. kl. Novembris
C. manlium audacie satellitem, atque administrum tue Num
me fefellit catilina, non modo res tanta, tam atrox, tamque
incredibiles, vero id quod multomagis est, admirandum.
dies. Dixi ego idem in senatu cedem te optimatum
contulisse in an diem. v. kl. Novembris. Tum tum
multi principes Ciuitatis Rome Non tam sui conseruandi
quam tuorum consiliorum reprimendorum causa profugerunt.
Num infitiari potes. te illo ipso die meis presidijs
mea diligentia circumclusum commouere te contra rempublicam
non potuisse, cum tu discessu ceterorum nostra tantum
qui remansissemus, cede te contentum esse dicebas
Quid cum tu preneste. kl. ipsis novembris occupaturum
nocturno impetu esse confideres Sensisti illam Co.

alias profugerunt

loiam, meo iussu, meis presidiis, custodiis, vigiliis esse
munitam. Nichil agis, Nichil moliris, Nichil cogitas
quod ego non modo, non audiam. Sed etiam videa-
m, planeque sentiam. Recognosce tandem mecum noctem
illam superiorem, Jam intelliges me. multo vigilare
acrius ad salutem quam te. ad perniciem reipublice, dico te
priore nocte venisse inter. falcarios, non agam obscu-
re in M. lecconum venisse, eodem complures eiusdem
amentie. Scelerisque socios Num negare audes, quid
taces. Com causa negas. Video hic esse in senatu.
quosdam, qui tecum vna fuerunt. O dii immortales
vbi nam gentium sumus in qua vrbe viuimus qua rempublicam
habemus, Hic hic sunt in nostro numero p. c. in hoc orbis ter-
re sanctissimo gravissimoque consilio qui de nostro omnium
interitu. qui de huius urbis, atque eodem orbis terrarum
exitio cogitent, Hos ego video, et de rep. sententiam
rogo. Et quos ferro trucidari oportebat, eos non-
dum voce volnero, Fuisti igitur apud lectum illa
noctte Catilina distribuisti partes Italie. quo quemque
statuisti proficisci placeret. Delegisti quos Rome re-
linqueres. quos tecum educeres. Descripsisti urbis partes ad
incendia confirmasti te ipsum iam esse exiturum

// al que

// al distribuisti distigesti

Dixisti paululum tibi esse et nūc more / q ego vivez
Repti sunt duo equites Romani, qui te ista cura libe-
raret et se illa ipa nocte paulo ante lucem me in meo
lectulo interfectos esse pollicētur. Hec ego omnia vix
dum in cetu vro dimisso compi domū meā, maiorib
psidijs munivi atq firmavi. Exclusi eos quos tu
ad me mane salutatum mane miseras. Cum illi ipsi ve-
nissent, quos ego iam mltis atq summis viris ad me
id temporis venturos esse pdixerā. Que cum ita sint
Catilina pge quo cepisti egredere aliqn ex urbe. Pa-
tent porte. Proficiscere. Nimiū diu te impatorem illa
tua maliana castra desiderant. Educ tecū etiā oms
tuos, si minus quāplurimos. Purga urbem. Magno
metu me liberabis. Dūmodo inter me atq te mu-
rus intersit. Nobiscum vsari iam diu non potes.
Non feram, non patiar, non sinam. Magna dijs
immortalib habenda est, atq huic ipi Iovi statori
antiquissimo custodi, huius urbis gra, quod hanc tam
tetram, tam horribilem, tam infestam reipublice peste,
totiens iam effugim. Non est sepius in uno hoie
salus summa piclitandi reip. Qn diu michi cōsuli de-
signato, Catilina insidiatus es, non pubco me psidio

privata negligentia defendi. Cum proximis comitiis
consularibus me consulem in campo et competitores
tuos interficere voluisti. Compressi conatus tuos ne-
farios amicorum presidio et copiis nullo tumultu pu-
blice concitato. Denique quotienscumque me petisti per me tibi
obstiti quamquam videbam perniciem meam cum magna
calamitate reipublice esse coniunctam. Nunc iam aperte
rempublicam universam petis templa deorum immortalium
tecta urbis vitam omnium civium Italiam denique totam
ad exitium et vastitatem vocas. Quare quoniam id quod
est primum et quod huius imperii discipline maiorum proprium
facere nondum audeo faciam id quod est ad severita-
tem lenius et ad communem salutem utilius.
Nam si te interfici iussero residebit in republica reliqua
coniuratorum manus. Sin tu quod te iam dudum hortor
exieris exhaurietur ex urbe tuorum comitum magna
et perniciosa sententia reip. Quid est Catilina? Num
dubitas id me imperante facere quod tua iam sponte
faciebas. Exire ex urbe iubet consul hostem. Interro-
gas me num in exilium non iubeo sed si me con-
sulis suadeo. Quid est Catilina quod te iam in hac
urbe delectari possit in qua nemo est extra istam

alias sentina

alias [illegible] vel [illegible] et [illegible] vel [illegible]

coniurationem perditorum hominum, qui te non metuat, nemo
qui te non odit. Que nota domestice turpitudinis
non inusta vite tue est. Que libido ab oculis, quod
facinus a manibus umquam tuis, quod flagitium a toto corpore
abfuit. Cui tu adolescentulo, quem corruptela illecebris
irretisses. Non aut ad audaciam ferrum, aut ad libidinem
facem propulisti. Quid vero nuper cum morte superioris uxoris
Novis nuptiis locum vacue fecisses. Nonne etiam alio
incredibili scelere hoc scelus cumulasti, quod ego pretermit-
to et facile patior sileri. Ne in hac Civitate tanti
facinoris immanitas aut extitisse. Aut non sentiet
Ad illa venio, qui non ad privatam ignominiam vi-
tiorum tuorum, Non ad domesticam tuam difficultatem
ac turpitudinem, sed ad summam rem publicam, atque ad omnium nostrum
vitam, salutemque pertinent. Potest ne tibi hec lux,
Catilina, aut huius celi spiritus esse iocundus. Cum scias
horum esse neminem, qui non sciat te pridie Kalendas Ianua-
rii Lepido, et Tullo consulibus stetisse in comitio cum telo
manum consulum, et principum Civitatis interficiendorum
causa paravisse, sceleri, ac furori tuo, non mentem
aliquam, aut timorem tuum, sed fortunam populi Romani ob-
stitisse. Atque iam illa omitto. Neque sunt aut obscu-
ra, aut non multa commissa. Postea quotiens tu me

designatum, quotiens consulem interficere conatus es.
Et ego tuas petitiones, ita coniectas, ut vitari posse
non videtur parva quadam declinatione, et ut aiunt
corpore effugi. Nichil agis. Nichil assequeris, nichil mo-
liris. quod me latere possit et tempore, neque tantum
conari ac velle desistis, Quotiens tibi iam est
extorta est ista sica de manibus, quotiens excidit
casu aliquo, et elapsa est, tamen ea carere diutius
non potes. Que quidem quibus abs te initiata sa-
cris, ac devota sit nescio, quod eam necesse putas
in consulis corpore figere. Nunc vero que tua est ista
vita? Sic iam tecum loquar, non ut odio permo-
tus, esse videar, quod debeo, sed ut misericordia que nulla
tibi deberetur. Venisti paulo ante in senatum. Quis
te ex hac tanta frequentia, tot ex tuis amicis ac
necessariis salutavit. Si hoc post hominum memoriam con-
tigit nemini. Vocis expectas contumeliam, Cum sis gravis-
simo iudicio taciturnitatis oppressus, Quid quod adventu
tuo ista subsellia vacua facta sunt, Et omnes con-
sulares, qui tibi persepe ad cedem constituti fuerunt
simul atque assedisti, partem istam subselliorum nudam
atque inanem reliquerunt, quo tandem animo tibi

tibi ferendum putas. Servi mei me hercule si me
isto pacto metuerent, ut te metuunt omnes cives.
tui domum meam relinquendam putarem. Tu tibi ur-
bem relinquendam non arbitraris. Et si me meis ci-
vitatibus iniuria suspectum, tam graviter atque offensum
viderem, carere me aspectu civium quam infestis omnium
oculis conspici mallem. Tu cum conscientia scelerum
tuorum agnoscas odium omnium iustum, et diu tibi debitum
dubitas quorum mentes, sensusque vulneras eorum aspectum
presentiamque vitare. Si te parentes timerent atque odis-
sent tui, nec eos ratione ulla placare posses, ut opinor
ab eorum oculis aliquo concederes. Nunc te patria
que communis est parens omnium nostrum odit, et metuit.
Etiam diu de te nichil iudicat, nisi de parricidio
suo cogitare. Huius tu neque auctoritatem verebere? Nec iu-
dicium sequere, nec vim pertimesces? Que tecum Catilina sic agit
et quodammodo tacite loquitur.

ORATIO INTRODUCTE URBIS IN CATILINAM

Nullum iam aliquot annis facinus
extitit nisi per te. Nullum fla-
gitium sine te, tibi uni multorum
civium neces, tibi vexatio, direp-
tioque sociorum impunita fuit, ac
libera. Tu non solum adnutendas
leges, et questiones, verum ad
diuitendas, perfringendasque va-
luisti. Superiora illa quamquam fere-
da non fuerunt, tamen ut potui tuli. Nunc vero
me totam esse in metu propter unum te, quicquid incre-
puit Catilinam timeri. Nullum videri esse me
consilium iniri posse quod a tuo scelere abhorreat
non est ferendum. Quamobrem discede atque hunc michi
timorem eripe, si est verus ne opprimar, sin falsus ft alis di est
ut tandem aliquando timere desinam. Hec si tecum
ita ut dixi patria loquatur. Nonne impetrare
debeat, etiam si vim adhibere non possit. Quid quod
tu te ipse in custodiam dedisti, quod vitande suspicionis
causa apud M. Lepidum te habitare velle
dixisti a quo non receptus etiam ad me venire
ausus es, atque ut domi mee te asservarem

rogasti. Cum ad me quoque id responsum tulisses me
al. p — nullo modo posse isdem parietibus tuto esse tecum, qui
in periculo magno essem qui isdem ~~isdem~~ hisdem menibus
contineremur, ad Q. metellum p. r. venisti a quo
repudiatus, ad sodalem tuum virum optimum Metellum de-
migrasti, quem tu videlicet, et ad custodiendum te diligen-
tissimum, et ad supplicandum fortissimum fore putasti.
Sed quam longe videtur a carcere atque a vinculis abesse
debere. qui se ipse iam dignum custodia iudicavit! Que
cum ita sint Catilina dubitas si mori equo animo
Non potes abire in aliquas terras et vitam istam multis
suppliciis iustis debitisque ereptam fuge solitudinique
mandare. Refer inquis ad senatum id enim postulas
Et si hic ordo sibi placere decreverit te ire in exilium ob-
temperaturum te esse dicis. Non referam id quod ab-
horret a moribus, et tamen faciam, ut intelligas
quid hi de te sentiant Egredere ex urbe Catilina.
Libera rem publicam metu in exilium si hanc vocem
expectas proficiscere. Quid est Catilina, quid attendis
et quid animadvertis horum silentium? patiuntur, tacent,
quid expectas auctoritatem loquentium, quorum voluntates
tacitorum perspicis, at si hoc quidem, huic adolescenti.
optimo P. sestio, si fortissimo viro M. marcello

dixissem iam michi consuli h' ipso in templo sena-
tus iure optimo vi et manus intulisset. De te autem
Catilina cum quiescunt. Probant, cum patiuntur decernunt
cum tacent clamant. Neque hi solum quorum tibi auctoritas
est, videlicet cara uita vilissima, sed illi equites Romani
honestissimi atque optimi viri, ceterique fortissimi cives, qui // al ceteri
circumstant senatum, quorum tamen et frequentiam videre
et studia perspicere et voces paulo ante exaudire potu-
isti. Quorum ego abs te iam diu manus et tela contineo,
eosdem facile deducam ut te hec que vastare iam
pridem studes relinquentem usque ad portas prosequantur.
Quamquam quid loquar te, ut ulla res frangat. Tu umquam
te corrigas. Tu ut ullum exilium cogites. Utinam
tibi istam mentem dii immortales donarent, tam
etsi video, si mea voce perterritus ire in exilium animum
induxeris, quanta tempestas invidie nobis, si minus in
presens tempus recenti memoria scelerum tuorum, at in
posteritatem impendeat. Sed est tanti dummodo ista
tua sit privata calamitas, et a rei publice periculis seiungatur.
Sed tu ut vicijs tuis commoveare, ut legum penas
pertimescas, ut temporibus rei publice cedas non est postulandum
Neque enim es Catilina, qui te aut pudor a turpitudine // als is

·ll· al te

aut metus a periculo aut ratio a furore revocavit Qua-
obrem ut sepe iam dixi proficiscere ac si michi inimico
Ut predicas tuo conflare vis invidiam recta via perge in exilium
Vix feram sermones hominum si id feceris vix molem istius
invidie si in exilium iussu consulis ieris sustinebo.
Sin autem servire mee laudi et glorie mavis egredere cum
importuna sceleratorum manu confer te ad manlium concita
perditos cives. Secerne te a bonis infer patrie bellum exul-
ta in impio latrocinio ut a me non eiectus ad alienos.
sed invitatus ad tuos isse videaris. Quamquam quid ego te invitem
a quo iam sciam esse premissos qui tibi ad forum
aurelium prestolarentur armati. Cum scientia iam pac-
tam et constitutam cum manlio diem. a quo etiam
aquilam illam argenteam quam tibi ac tuis omnibus
confido perniciosam ac funestam futuram Cui domi tue
sacrarium scelerum tuorum constitutum fuit scientia esse premissam
Tu ut illa carere diutius possis quam venerari ad cedem.
proficiscens solebas Ut cuius altaribus sepe istam impiam
dextram ad necem civium transtulisti. Ibis tandem aliquando
quo te iam pridem ista tua cupiditas effrenata ac
furiosa rapiebat Haec enim tibi hec res affert dolorem
sed quandam incredibilem voluptatem. Ad hanc te amen-
tiam natura peperit voluntas exercuit fortuna servavit Nunquam
tu non modo otium sed ne bellum quidem nisi nefarium

concupisti. Nactus es ex pditis atq ab omni nō fortuna
verum etiā spe derelictis conflatam improborꝫ ma-
nu. Hic tu qua tu leticia pfruere, quibꝫ gaudijs exul-
tabis, quāta in voluntate, cum in tanto nūo tuorū
neq audes virꝫ bonu quemq neq videbis. Ad huiꝰ
uite studiū meditati illi sut, qui feruntur labores tui
iacē humi, non solum ad obsidendū stuprū verum etiā
ad facinꝰ obeundū, vigilare non solum insidiantem
sompno maritorꝫ, verꝫ etiam bonis ociosorꝫ. Habes
ubi ostendas illam tuā pclaram patientiam famis
frigoris inopie rerꝫ oīm quibꝫ, te brevi tpe cōfectū
esse senties. Tantū profeci tū cū te a consulatu rep-
puli, ut exul potius temptare, qꝫ exul vexare rem p.
posses, Atque ut id, quod esset a te scelerate susceptum
latrociniū potius qꝫ bellum nominaretur. Nunc ut a me
P. C. quandam pꝑe iustam patrie querimoniam de-
tester ac deprecer, pcipite queso diligenter que dicā
ut ea penitꝰ animis vris, mentibusq mandate. Et
enī si mecū pria, que michi vita mea carior multo
est, si cuncta Italia, si omnis r. p. loquatur, M. Tuli,
quid agis, tu ne eū que esse comperisti, que ducem
belli futurū vides. Quem expectas imperatorē in castris
hostiū sentis, auctorem sceleris, principem, coniurationis, et

al. audies

al. consul

al. esset

vocatorem servorum et civium perditorum exire patiere, ut abs
te non emissus ex urbe, sed immissus in urbem esse
videatur. Nonne hunc in vincla duci, non ad mortem
rapi, non summo supplicio mactari imperabis, quid tandem
te impedit. mos ne maiorum, at persepe etiam privati
in hac re publica perniciosos cives morte multarunt. An le-
ges que de civium Romanorum supplicio rogate sunt.
At numquam in hac urbe, hi qui a re publica defecerunt, civium
iura tenuerunt, an invidiam posteritatis times, preclaram
vero populo romano refers gratiam, qui te hominem per te cognitum
nulla commendatione maiorum tam mature, ad summum
imperium per omnes honorum gradus extulit, Si propter
invidiam, aut alicuius periculi metum, salutem civium tuorum
negligis, Sed si quis est invidie metus, non est vehe-
mentius severitatis ac fortitudinis invidia quam inertie
ac nequitie pertimescenda. An cum bello vastabitur
Italia, vastabuntur urbes, tecta ardebunt, tu te non
existimas invidie incendio conflagraturum, His ego
sanctissimis vocibus rei publice et eorum hominum, qui hoc idem
sentiunt mentibus pauca respondebo, Ego si hoc optimum
factu iudicarem patres conscripti Catilinam morte mulctari, unius usu-
ram hore gladiatori isti ad vivendum non dedissem. Etenim

al's ps

si summi et clarissimi viri Lucius saturnini et gracchorum
et flacci et superiorum complurium sanguine non modo
non contaminaverunt sed honestarunt certe verendum michi
non erat ne quid hoc parricida civium interfecto invi-
die in posteritate redundaret Et si ea michi maxime Nota 
impenderet tamen hoc animo fui ut invidiam virtute
partam gloriam non invidiam putarem Quamquam non-
nulli sunt qui in hoc ordine qui aut ea que im-
minent non videant aut ea que videant aut ea
que vident dissimulent Qui spem Catiline mol-
libus sententiis aluerunt coniurationemque nascente non cre-
dendo corroboraverunt Quorum auctoritatem secuti multi
non solum improbi verum etiam periti si in hunc ani-
advertissem crudeliter non egregie factum esse dicerent
Nunc intelligo si iste quo intendit in Manliana
castra pervenit neminem tam stultum fore qui videat
coniurationem factam esse Neminem tam improbum
qui fateatur Hoc autem uno interfecto intelligo
rem publicam pestem paulisper reprimi posse Et si se eie-
cerit secumque suos duxit et eorum ceteros undique collectos
naufragos aggregarit extinguetur atque delebitur non
modo tam adulta rei publice pestis verum etiam stirps

ac semen malorum omnium. Et enim iam diu p. c. in his pe-
riculis coniurationis insidijsque versati. Sed nescio quo pacto
omnium scelerum ac veteris furoris et audatie maturitas in
nostri consulatus tempus erupit. Quod si ex tanto latro-
cinio iste unus tolletur videbimur fortasse ad breve quoddam
tempus cura et metu esse relevati, periculum autem
residebit et erit inclusum penitus in venis atque visceribus
rei p.e ut sepe homines egri morbo gravi cum estu fe-
brique iactantur, si aquam gelidam biberint primo rele-
vari videntur. Deinde multo gravius vehementiusque
afflictantur. Sic hic morbus qui est in re p. rele-
vatus istius pena vehementiusque afflictentur vehemen-
tius reliquis vivis ingravescet. Quare secedant im-
probi, secernant se a bonis, unum in locum congregentur.
Muro, quod sepe iam dixi, secernantur a bonis. De-
sinant insidiari domi sue consuli circumstantes in
tribunal pretoris urbani, obsidere cum gladijs curiam,
malleolos et faces ad inflammandam urbem comparare.
Sit denique inscriptum in fronte uniuscuiusque quid de re p.
sentiant. Polliceor hoc vobis p. c. tantam in nobis
consulibus fore diligentiam, tantam in vobis auctoritatem,
tantam in Quiritibus R. virtutem, tantam in omnibus bonis

consentione, ut Catiline profectione, omnia patefacta
illustrata oppressa vindicata esse videat(is). Hisce o(min)ib(us)
Catilina cu(m) summa summa R(ei) p(ublice) salute, cum tua peste
ac p(er)nitie, cu(m)q(ue) eor(um) exitio, qui se tecu(m) omni scelere
parricidioq(ue) vinxerunt, Proficisce ad impiu(m) bellu(m)
ac nefariu(m). Tu Jupiter, qui iisdem, quib(us) hec urbs
a menib(us) auspitiis a Romulo es constitut(us), quem
statorem hu(ius) urbis atq(ue) imperii vere nominamus
hunc, et hui(us) socios, a tuis aris, ceterisq(ue) templis
a tectis urbis, a menib(us), a vita, fortunisq(ue) civium
o(mn)im arcebis, et homi(n)es bonor(um) inimicos, hostes p(at)rie,
latrones Italie, scelerum fede(re) inter se, ac nefaria so-
tietate coniunctos eternis supplitiis vivos mortuosq(ue)
mactabis.

M · T · CICERONIS · SECUNDA · INVECTIO · IN · CATILINAM ·

Tandem aliquando · Q · L · Catili-
nam furentem audacia
scelus anhelantem, peste
patrie nefarie molientem
vobis atque huic urbi, fer-
rum flammamque minitantem
ex urbe vel eiecimus vel
emisimus, vel egredientem
verbis prosecuti sumus, abiit
excessit, evasit, erupit.
Nulla iam pernicies a monstro illo atque prodigio
menibus ipsis inter menia ipsa comparatur Atque hunc
quidem unum huius belli domestici ducem sine contro-
versia vicimus Non enim iam inter latera nostra sica illa
versabitur, non in campo, non in foro, non in curia
non denique inter domesticos parietes pertimescemus.
Loco ille motus est. Cum ex urbe depulsus, palam
iam cum hoste nullo impediente bellum iustum
geremus, Sine dubio perdidimus hominem, magnificeque
vicimus, Cum illum ex occultis insidiis in apertum latro-
cinium coniecimus, Quod vero non cruentum mucrone
ut voluit extulit quod vivis nobis egressus est · quod ei

ferrum ex manibus extorsimus, qui incolumes cives
quod stantem urbem reliquit, quanto tandem illum me-
rore esse afflictum et profligatum putatis, Jacet nunc
ille prostratus, quirites et se periculosum abiectum esse sentit
et retorquet oculos, profecto ad hanc urbem, quam [scilicet civitas]
e suis faucibus ereptam esse luget, que quidem mihi scilicet aliter leta
letari videtur, quod tantam pestem evomuerit, forasque
proiecerit. Ut si vos quis est talis, quales omnes opor-
tebat, qui in hoc ipso, in quo exultat, triumphat oratio
mea, me vehementer accuset, quod tam capitalem
hostem non comprehenderim, potius quam emiserim
Non est ista mea culpa quirites sed temporum. Interfec-
tum esse, L. Catilinam, et gravissimo supplitio affectum
iam pridem oportebat, idque a me, et mos maiorum
et huius imperii severitas et res publica postulabat. Sed
quam multos fuisse illos putatis, qui pro que ego differem
non crederent quam multos, qui etiam defenderent, quam multos
qui propter stultitiam, non putarent quam multos qui propter
improbitatem faverent, at si illo sublato depelli a vobis
omne periculum iudicarem, Jam pridem ego. L. Catili-
nam non modo invidie mee, verum etiam vite periclo
sustulissem. Sed cum viderem rem, ne nobis quidem omnibus

vzt Cartegin[illegible] rele

etiam tum probata, si illum, qui erat meritus, morte multas-
ssem, fore ut eius socios, invidia oppressus persequi non
possem. rem huc reduxi, ut tu palam pugnare possetis
cum hostem aperte videretis, quemquidem ego quirites, hostem
quam vehementer foris esse timendum putem licet hinc intel-
ligatis, qui etiam illud moleste fero, quod ex urbe parum
comitatus exierit. utinam ille secum omnes suas copias
eduxisset, Tongilium michi eduxit quem amare in pretexta
calumpnia ceperat, Publicium et Minutium, quorum es alienum
contractum in popina nullum r. p. motum afferre po-
terat. Reliquit quos viros, quanto ere alieno, quam valentes
quam nobiles, Itaque ego illum exercitum ex gallicanis
legionibus, et hoc delectu, quem in agro piceno et Gallico
Q. metellus habuit, et ex his copiis, que a nobis
cotidie comparantur magnopere contemno collectum e senibus
desperatis, ex agresti luxuria, et rusticis decoctoribus, ex his
qui vadimonia deserere, quam illum exercitum maluerunt
. Quibus ego non modo, si aciem exercitus nostri verum etiam
si edictum pretoris ostendero concident, hos quos video
volitare in foro, quos stare ad curiam, quos et in
senatum venire qui nitent unguentis, qui fulgent pur-
pura, mallem secum suos milites ut eduxisset, qui si hic

228

pmanent menetote / no tam exercitu illum esse nobis ·/· al. eos
q̄ hos qui exercitum deseruerut ptimescendos / atq
hos etiam sunt timendi / magis q̄ quid cogitent / me ·//· al. hoc
scire sentiut / nec tamen pmouentur Video cui sit apu-
lia attributa / Quis habeat etruriam / Quis agrum
picenum / Quis gallicum / Qui sibi has urbanas insi-
dias cedis / atq incendiorum depopoposcerit / Omnia superi-
oris noctis / consilia ad me plata sentiut / Patefeci
in senatu hesterna die / Catilina / ipse ptimuit / Pro-
fugit / Hij quid exspectant / ne illi vehementer er-
rant / si illam meam pristinam lenitate ppetuam sperant
futuram / Quod exspectaui iam sum assecutus / ut vos
omnes factam esse aperte coniuratione / contra rem p. uidetis
nisi / vero / siquis est / qui Catiline similis cum Cati-
lina sentire non putet Non est iam lenitati locus
/ seueritatem res ipa flagitat / Vnum etiam nunc concedam
/ exeant / proficiscantur / ne patiantur desiderio sui
catilinam tabescere / Demonstrabo iter Aurelea via
profectus est Si accelerare volent / ad vesperam con-
sequentur / O / fortunatam rem p. siquidem hanc sen-
tinam / urbis eiecerit / Vno me hercule Catilina ex-
hausto / leuata michi / recreata res p. videtur / Quid

enim mali / aut sceleris fingi · aut cogitari potest / Quod
non ille conceperit · Quis tota Italia veneficus / quis
gladiator · quis latro quis sicarius / quis parricida ·
Quis testamentorum subiector / quis circumscriptor · quis
ganeo · quis nepos / quis adulter / que mulier infa-
mis · Quis corruptor iuventutis · Quis corruptus / quis
perditus inveniri potest / qui se cum catilina familiarissime
vixisse fateatur (videatur) · Que cedes per hosce annos sine
illo facta est / Quis nefarium stuprum / nisi per illum Iam
vero que tanta · umquam in ullo · homine iuventutis ille-
cebra fuit quanta in illo qui alios ipse amabat tur-
pissime aliorum amori · flagitiosissime serviebat Aliis
fructum libidinum / Aliis mortem parentum / non modo
non impellendo · verum etiam adiuvando pollicebatur
Hunc vero · quam subito non solum / ex urbe verum etiam
ex agris ingentem numerum perditorum hominum collegerat
Nemo non modo Rome / Sed ne ullo in angulo · totius
Italie oppressus ere · alieno fuit / quem non ad hoc
incredibile sceleris fedus adsciverit · Atque ut eius studia
diversa · in dissimili ratione perspicere possitis Nemo est
in ludo gladiatorio · paulo ad facinus audacior / qui
se non intimum Catiline esse fateatur · Nemo in scena tu

Narrat vicia Catiline

ll. alr mori

levior et

levior et lenior nequior, qui se non eiusdem prope sodale
atque fuisse commemoret. Atque idem tamen stuprorum
et scelerum exercitatione assuefactus, frigore, et fame
et siti, et vigilijs perferendis, fortis ab ipsis predicabatur,
cum industrie subsidia atque instrumenta virtutis in li-
bidineque audaciaque consumeret. Hunc vero si secuti erunt
sui comites, si ex urbe exierint desperatorum hominum
flagitiosi greges. O nos beatos, O rem publicam fortunatam
O preclaram laudem mei consulatus. Non enim iam
sunt mediocres hominum libidines, non humane et
tollerande audatie. Nichil cogitant nisi cedem, nisi
incendia, nisi rapinas. Patrimonia sua profuderunt
fortunas suas obligauerunt. Res eos iam pridem,
fides nuper deficere cepit. Eadem tamen illa
que erat in habundantia libido permanet. Et si in
vino et alea comessationes solum, et scorta quere-
rent, essent quidem illi desperandi, sed tamen essent
ferendi. Hoc vero si quis ferre possit inertes homines
fortissimis viris insidiari, stultissimos prudentissimis
ebriosos sobrijs, dormientes vigilantibus, qui accu-
bantes in conuiuijs, complexi mulieres impudicas
vino et languidi, conferti cibo, sertis redimiti, vnguent



Intemperatos

obliti debilitati stupros eructant sermonibus suis cedem bonorum atque urbis incendia quibus ego consilio impendere fatum aliquod et penam iam diu improbitati nequicie sceleri libidini debitam. Aut instare iam. Iam plene aut certe appropinquare Quos si consulatus meus quoniam sanare non potest sustulit non breve nescio quod tempus sed multa secula propagauit p. r. Nulla est natio quam pertimescamus Nullus rex qui bellum populo romano facere possit Omnia sunt externa unius p. r. virtute terra mariqz pacata Domesticum bellum manet intus insidie sunt Intus inclusum periculum est intus hostis est Cum luxuria nobis cum amentia cum scelere certandum est Huic ego me bello ducem profiteor quirites suspicio hominum perditorum inimicitias que sanari poterunt quacumque ratione sanabo que resecanda erunt non patiar ad perniciem civitatis manere proinde aut exeant aut quiescant Aut si et in urbe et in eadem mente permanent ea que merentur expectent At etiam sunt qui dicant a me eiectum in exilium esse Catilinam Quod ego si verbo assequi possem istos ipsos eicerem qui hec loquuntur Homo enim videlicet timidus aut etiam permodestus vocem consulis perferre non potuit Simul atque in exilium iussus est paruit Quid hesterna die

al. suscipio

quo tu domi mee pene interfectus essem, Senatum in
edem Iouis statoris conuocaui, rem omnem ad p. c. detuli
. Quo cum Catilina venisset, quis eum senator appellauit.
Quis salutauit, quis denique ita aspexit, ut perditum
ciuem, ac non potius, ut importunissimum hostem. quin
etiam principes huius ordinis partem illam subselliorum ad quam
ille accesserat nudam, atque inanem reliquerunt Hic ego
vehemens ille consul, qui verbo ciues in exilium eicio
quesiui a Catilina, an nocturno conuentu apud M.
leccam fuisset necne, Cum ille homo audacissimus tum
scientia conuictus primo ~~reticuisset~~ reticuisset patefeci cetera
quid ea nocte egisset, ubi fuisset quid in proximam consti-
tuisset, quemadmodum esset ei, ratio totius belli descripta
edocui. Cum hesitaret, cum teneretur, quesiui, quid dubi-
taret Proficisci eo quo iam pridem pararet tum arma
tum secures, tum falces tum tubas, tum signa milita-
ria, tum aquilam illam argenteam, Cui etiam ille
sacrarium sceleris domi sue fecerat, scirem esse premissa
in exilium ~~ex~~ eiciebam. quem iam esse ingressum in
bellum videbam Et enim credo manlius iste centurio
qui in agro fesulano castra posuit, bellum populo Romano suo
nomine indixit, Et illa castra non Catilinam ducem expectant
Et ille iectus in exilium, se massiliam, ut aiunt, non in hanc

al's conscientia

al' pararat

castra conferret. O condicionem miseram non modo adminis-
trande verum etiam conservande R. P. Nunc si L. Catilina
consiliis laboribus periculis meis circumclusus ac debilitatus
subito pertimuerit, sententiam permutaverit, deseruit suos,
consilium belli faciendi abiecit, Et ex hoc cursu sce-
leris ac belli iter ad fugam atque exilium converterit. Non
ille a me spoliatus armis audacie, non obstupefactus
ac perterritus mea diligentia, non de spe conatuque depulsus
sed indempnatus innocens in exilium deiectus a consule
vi et minis esse dicatur, Et erunt qui illum, si hoc fecit
non improbum, sed timidum, me non diligentissimum
sed crudelissimum tyrannum existimari velint. Est michi
tanti, Quirites, huius invidie false, atque inique tempestatem
subire, dummodo a vobis huius horribilis belli nefarii
periculum depellatur. Dicatur sane eiectus esse a me
dummodo eat in exilium. Sed michi credite non est iturus.
Numquam ego ab diis immortalibus optabo, Quirites, invidie
mee relevande causa, ut L. Catilina ducem exercitus
hostium atque in armis volitare audiatis, sed triduo tantum
audietis. Multoque magis illud timeo, ne michi sit invi-
diosum aliquando, quod illum emiserim, potius quam quod eiecerim.
Sed cum sint homines, qui illum, cum profectus sit,
eiectum esse dicant, Idem si interfectus esset quid dicerent

Quamquam isti qui Catilinam Massiliam ire dictitant non
tam hoc queruntur quam verentur Nemo est istorum tam mi-
sericors, qui illum non ad manlium, quam ad massilienses
ire mallet, Ille autem si me hercule, hoc quidem agit
numquam antea cogitasset tamen latrocinantem se interfici mallet
quam exulem vivere Nunc vero cum nichil ei adhuc preter
ipsius voluntatem, cogitationemque acciderit, nisi quod vivis nobis
Roma profectus est, Optemus potius, Ut eat in exilium
quam queramur. Sed quid tam diu de uno hoste loquimur Et
de eo hoste, qui iam fatetur se esse hostem Et quia
quod semper volui murus interest non timeo, De his
qui dissimulant non tam ulcisci studeo, quam sanare sibi ipsos
placare rei publice neque id quare fieri non possit, si a me audire
volent intelligo Exponam enim vobis Quirites ex quibus
generibus hominum iste copie comparantur Deinde singulis medi-
cinam consilii atque orationis mee, si quam potero affe-
ram, Unum genus est eorum qui magno in ere alieno
maiores etiam possessiones habent. Quarum amore ad-
ducti dissolvi nullo modo possunt, horum hominum species est hones-
tissima. Sunt enim locupletes. Voluntas, et causa impu-
dentissima, Tu agris, Tu edificiis tu argento Tu fami-
lia, tu rebus omnibus ornatus et copiosus sis, et dubites

de possessione detrahere, acquirere ad fidem. Quid enim expectas
bellum. Quid ergo in invasione omnium tuas possessiones
sacrosanctas futuras putes. An thabulas novas. Errant
qui ista a Catilina expectant, modo beneficio tabule nove
proferentur verum auctionarie. Neque enim isti qui possessiones
habent alia ratione ulla salvi esse possunt. Quod si ma-
turius facere voluissent. Neque id quod stultissimum est
certare cum usuris fructibus prediorum et locupletioribus et
melioribus civibus uteremur. Sed hosce homines minime puto
pertimescendos quod aut deduci de sententia possunt
Aut si permanebunt magis michi videtur vota facere
contra rem publicam quam arma lati. Alterum genus eorum qui
quamquam premuntur ere alieno, dominationem tamen expectant
rerum potiri volunt, honores quos quieta re publica desperant
perturbata se consequi posse arbitrantur. Quibus hoc
precipiendum videtur, unum sed idem, quod reliquis omnibus
Ut desperent id quod conantur, se consequi posse, primum
omnium me ipsum posse iugulare adesse providere r. p.
Deinde magnos animos esse in bonis viris magnam
concordiam maximam multitudinem, magnas preterea militum
copias deos denique immortales huic invicto populo
clarissimo imperio, pulcherrime urbi, contra tanta vim

sceleris patres auxilium esse laturos. Et si iam sint id quod
summo furore cupiunt adepti Num illi in cinere urbis
et in sanguinem civium, que mente conscelerata ac
nefaria concupiverunt consules se, aut dictatores, aut
etiam reges sperant futuros. Non vident, id se cupere, quod
si adepti sint fugitivo alicui, aut gladiatori, sit concedi
necesse. Tercium genus est etate iam affectum, sed tamen
exercitatione robustum, quo ex genere iste est manlius
Cui nunc Catilina succedit, Hi sunt homines ex hiis colo-
nijs, quas fesulas silla constituit. quas ego univer-
sas civium optimorum et fortissimorum virorum sentio, Sed
tamen hi sunt coloni, qui se in insperatis, ac repentinis
pecunijs, sumptuosius, insolentiusque iactarunt. Hi dum
edificant, tamquam beati, dum prediis, lectis familijs
magnis conviviis apparatis delectantur. In tantum es alie-
num inciderunt, ut si salvi esse velint, Silla sit hiis ab
inferis excitandus. Qui etiam nonnullos agrestes.
homines tenues, atque egentes, in eandem illam spem
rapinarum venturos impulerunt, Quos ego utrosque in
eodem genere, predatorum direptorumque pono, sed eos hoc mo-
neo. Desinant furere, ac proscriptiones, et dictaturas cogi-
tare. tantus enim illorum temporum dolor inustus est Civitati

Ut iam ista non modo homines, sed ne pecudes quidem michi
passure esse videantur. Quartum genus sane varium, et
mixtum, et turbulentum, qui iam pridem premuntur, qui
numquam emergunt, qui partim inertia, partim male gerendo
negotio, partim etiam sumptibus in vetere ere alieno va-
cillant, qui vadimoniis, iudiciis, proscriptione bonorum
designati permulti, et ex urbe et ex agris se in illa castra
conferre dicuntur. Hosce ego non tam milites acres quam
infitiatores lentos esse arbitror. Qui omnes primum, si
stare non possunt corruant, sed ita ut non modo civitas
sed ne vicini quidem proxime sentiant. Nam illud non intel-
ligo, quobrem si vivet, honeste non possunt perire turpi-
ter velint, aut cur minore dolore perituros se cum
multis, quam si soli pereant arbitrentur. Quintum genus
parricidarum sicariorum denique facinorosorum. Quos ego
a Catilina non revoco. Nam neque ab eo divelli possunt
Et pereant sane in latrocinio, quoniam sunt ita multi, ut eos
carcer capere non possit. Postremum autem genus est
non solum numero, verum etiam genere ipso atque vita
quod proprium Catiline est de eius delectu, immo vero
de complexu eius, ac sinu, quos pexo capillo niti-
dos, aut imberbes, aut bene barbatos videtis, mani-

|| al's vivere

catis et talib; tunic(, velis amictos, nō togis, quorū
omnis industria uita et uigilandi labor in antelucanis
cenis expromitur, in his gregib; aleatores, omīs adulteri
omīs impuri, impudici versantur. Hi pueri tam lepidi
ac soluti delegati, non solum amare et amari, neq;
saltare et cantare, sz etiam sicas vibrare, et spargere
venena didicerunt, Qui nisi exeunt, ne pereunt, Etiā si
Catilina periret scitote, hoc in repu̇tica seminarium Catili-
nariū futurorum. Verumtamen quod sibi, isti miseri volunt
Num suas secū mulierculas sunt in castra ducturi?
Quemadmodū autem illis carere poterunt, his presertim
iam noctib;. Quo aute pacto illi appeninū, atq; illas
bruinas, ac nives preferent, nisi iccirco se facilius,
hyemem toleraturos putant, quod Nudi in conuiuijs
saltare didicerunt, O bellum magnopere pertimescēdū
Cum hanc sit habiturus Catilina scortorum cohortem
pretoriam, Instruite nunc quirites, contra has tam preclaras
Catiline copias, vestra presidia, vestrosq; exercitus, et primum || al's exercitus
gladiatori illi confecto et saucio consules, imperatoresq;
vestros opposite. Demū contra illam naufragiorum eiecta
ac debilitata manū, Florem totius Italie ac robur
educite, Jam vero urbes coloniarum ac municipiorum

respondebunt Catiline tumulis silvestribus, neque ego ce-
teras copias ornamenta presidia vestra, cum illius latronis
inopia, atque egestate conferre debeo, Sed si omissis
his rebus omnibus, quibus nos suppeditamur Eget ille senatu

aliter eget

equitibus Romanis urbe erario vectigalibus, cuncta Italia provinciis
omnibus exteris nationibus. si his rebus omissis causas ipsas
que inter se confligunt contempnere velimus ex eo ipso, quam valde

aliter comparare

illi iaceant intelligere possumus. Ex hac enim parte pudor
pugnat, illic petulantia, hinc pudicitia, illinc stuprum
hinc fides, illic fraudatio, hic pietas illic scelus, hic
constantia illinc furor, hic honestas, illic turpitudo
Illinc hinc continentia illic libido, hinc denique equitas
temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes certant
cum iniquitate, luxuria ignavia, temeritate cum vitiis
omnibus, Postremo copie, cum egestate bona ratio cum
perdita, mens sana cum amentia, bona denique spes
cum omnium rerum desperatione confligit, in eiusmodi cer-
tamine ac prelio, Nonne si hominum studia deficiant, dii
ipsi immortales cogant, ab his preclarissimis virtutibus
tot et tanta vitia superari. Que cum ita sint, Quirites vos
quemadmodum iam ante vestra tecta, vigiliis custodiisque
defendite, michi et urbi, sine vestro metu, ac sine ullo

tumultu satis psidij consultu atqz provisum est, Coloni
omnis municipesqz vestri certores a me fiti de hac
nocturna excursione Catiline facile urbes suas, ffines
qz defendent Gladiatores, quam sibi ille manu, certis-
simam fore putat, qqz aio meliori sint, qz ps pat-
tiorz, ptate tamen vra continebunt. Q. metellus que
ego hic prospiciens, in agrum gallicu, picenuqz,
pmisi, aut opprimet hominem, aut eius omnis motus
conatusqz prohibebit. Reliquis aute de rebz constituend
maturand, augend, iam ad senatu referem, quem
vocari videtis. Nunc illos qui in urbe remanserunt
atqz adeo qui com urbis salute, omniqz vem in urbe
a catilina relicti sut qqz sint hostes, tamen quia
nati sunt Cives. Monitos eos, etiam, atqz etiaz volo
Mea lenitas adhuc cui solutior visa est, h expectat
vt id quod latebat, erupet. Quod reliquu est, iam
non possum oblivisci meam hanc esse patriam
me horz esse consulem, michi aut cu his, vivendu
aut pro his esse moriend. Nullus est porte custos. || al porte
Nullus insidiator vie, Si qui exire volut, consule
sibi put. Q vo in urbe se commouit, Cuius ego no mo
fctm, s inceptu ullu conatu ue com priam deprehendero,

sentiat in hac urbe esse consules vigilantes, esse egregios
magistratus, esse fortem senatum, esse arma, esse carcerem,
que vindicem nefariorum ac manifestorum scelerum maio-
res nostri esse voluerunt. Atque hec omnia sicut agentur.
ut maxime res minimo motu pericula summa, nullo
tumultu, bellum intestinum ac domesticum post hominum
memoriam crudelissimum, et maximum me uno togato
duce, et imperatore sedetur. Quod ego sic administrabo
quirites quod ut si ullomodo fieri poterit ne improbus quisquam
in hac urbe penam sui sceleris sufferat. Sed si vis
manifeste audacie, si impendens patrie periculum me
necessario de hac animi lenitate deduxerit, illud profecto
perficiam, quod in tanto et tam insidioso bello, vix op-
tandum videtur, ut neque bonus quisque intereat, pau-
corumque pena vos salvi omnes esse possitis. Quequidem
ego neque mea prudentia, neque humanis consiliis
fretus polliceor vobis quirites, sed multis et non dubiis
deorum immortalium significationibus, quibus ego ducibus
in hanc spem, sententiamque sum ingressus, qui iam
non procul, ut quondam solebant ab hesterno hoste
atque longinquo, sed hic presentes suo numine atque auxilio sua
templa, atque urbis tecta defendunt, quos vos

patri venerari implorare debetis ut quam urbem pulcherrimam florentissimam potentissimamque esse voluerunt hanc omnibus hostium copiis terra marique superatis a perditissimorum civium nefario scelere defendant.

M. T. CICERONIS TERCIA INVECTIO IN KATHILINAM.



Em publicam quirites vitamque omnium vestrum bona fortunas coniuges liberos vestros atque hoc domicilium clarissimi imperii fortunatissimam pulcherrimamque urbem hodierna die deorum immortalium summo erga vos amore laboribus periculis consiliis meis e flamma atque ferro ac

Et sit

pene ex faucibus fati erepta et vobis conservatam, ac resti-
tutam videtis. Et si non minus iocundi, atque illustres hii sunt
dies quibus conservamur, quam illi quibus nascimur, quod salutis
certa leticia est nascendi incerta condicio, et quod sine sensu nasci-
mur cum voluptate servamur, profecto quoniam illum qui hanc
urbem condidit ad deos immortales benivolentia famaque
sustulimus esse apud vos posterosque vestros in honore
debebit, qui eandem hanc urbem conditam amplificatamque
servavit. Nam totis urbis templis, delubris tectis, ac menibus
subiectos prope iam ignis circumdatosque restinximus, idemque gla-
dios in rem publicam destrictos retudimus mucronesque eorum a iugu-
lis vestris deiecimus. Que quoniam in senatu illustrata comperta
patefacta sunt, per me vobis iam exponam breviter, ut et
quanta et quam manifesta, et qua ratione investigata, et com-
prehensa sint, vos qui ignoratis scire possitis. Principio, ut cati-
lina paucis ante diebus erupit ex urbe, cum sceleris sui
socios huiusce nefarii belli acerrimos duces Rome reli-
quisset, semper vigilavi, et providi quo quemadmodum in tantis
ac tam absconditis insidiis salvi esse possemus. Nam tu-
tum ex urbe Catilinam eiciebam. Non enim iam ve-
reor huius verbi invidiam cum illa magis sit timenda quod vi-
vus exierit, Sed tunc cum illum extimari volebam et
reliquam coniuratorum manum simul extimari. aut eos qui

al. huius
al. verbi — al. quod
al. exterminari

remansissent infirmos sine illo / ac debiles fore puta-
bam. Atque ego vidi quos maximo / furore / ac scelere / esse
inflamatos sciebam / eos nobiscum esse / et Rome re-
mansisse / in eo omnes dies noctesque consumpsi, Ut quid
agerent / quid molirentur sentirem ac viderem / ut quoniam
auribus vestris propter incredibilem magnitudinem sceleris
minorem fidem faceret oratio mea. rem ita comprehenderem
ut tum demum animis / saluti vestre provideretis, Itaque ut compe-
ri legatos Allobrogum belli transalpini / et tumultus gallici
excitandi causa a P. lentulo esse sollicitatos, Eosque
in galliam. ad suos cives eodem itinere / cum litteris manda-
tisque / ad Catilinam esse missos. Comitemque his esse
adiunctum esse. vulturcium. Atque huic esse ad Catilinam
datas litteras / facultatem michi oblatam putavi, Ut
quod erat difficillimum quodque ego semper optabam a diis
Immortalibus / Ut tota res non solum a me. sed etiam
a senatu. et a vobis manifesto deprehenderetur Itaque
hesterno die / L. flaccum et G. pomptinum / pretores for-
tissimos / atque amantissimos rei publice viros ad me vocavi
rem exposui / quid fieri placeret ostendi / Illi autem qui
omnia de re publica preclara / atque egregia sentirent sine re-
cusatione / ac sine ulla mora / negotium susceperunt

Et cum aduesperasceret occulte ad pontem muluium peruenerunt
atque ibi in proximis villis ita bipertiti fuerunt, ut tiberis
inter eos et pons interesset. Eodem autem et ipsi sine
cuiusquam suspitione multos fortes viros eduxerant. Et ego
ex prefectura reatina complures delectos adolescentes quorum
opera utor in rei publice assidue presidio cum gladiis emiseram.
Interim tertia fere vigilia exacta cum iam pontem
muluium magno comitatu, legati allobrogum ingredi
inciperent unaque vulturcius, fit in eos impetus, edu-
cuntur et ab illis gladii et a nostris. Res erat pretoribus
al. interventu vel interitu — nota solis, ignorabatur a ceteris. Tum interitu pomptini
atque flacci, pugna que erat commissa sedatur, lit-
tere quecumque erant in eo comitatu, integris signis pretoribus
traduntur, ipsi comprehensi ad me, cum iam dilucesceret
deducuntur. Atque horum omnium scelerum improbissimum
machinatorem, Cimbrum Gabinium, statim ad me nichil
al. item — tum suspitantem vocaui, deinde inter arcessitus est
al. tardissime — L. Statilius, et post eum cethegus tardissime autem
lentulus venit. Credo quod in litteris dandis preter consue-
tudinem proxima nocte uigilarat, cum summis et clarissimis
huius ciuitatis viris, qui audita re frequentes ad me
conuenerant, litteras ad me prius aperui quam ad senatum

deferre placuit Nec si nichil esset inventum temere a me
tantum tumultum iniectum Civitati videtur negavi me
esse facturum, ut de periculo publico non ad consilium publicum
rem integram deferrem. Etenim quod si ea, que erant
ad me delata, reperta non essent, tantum ego arbitrabar
in tantis rei publice periculis esse michi nimiam diligentiam
pertimiscendam, Senatum frequentem celeriter, ut vidistis
coegi, atque interea statim admonitu allobrogum
C. sulpitium pretorem fortem virum misi, qui ex diebus ł: al' ex edibus
cethegi, si quid telorum esset asportaret. ex quibus ille maximum
sicarum numerum, et gladiatorum extulit Introduxi volturcium
sine gallis, fidem ei publicam iussu senatus dedi hortatus
sum, ut ea que sciret, sine timore indicaret. Tum
ille dixit, Cum vix se ex magno timore recreasset, a p.
lentulo. se habere ad Catilinam mandata, et litteras ut servorum
presidio uteretur. ut ad urbem quamprimum cum exercitu accederet
Id autem eo consilio, ut cum urbem ex omnibus partibus
quemadmodum descriptum, distributumque erat incendissent
, cedemque infinitam Civium fecissent fecissentque illam
, presto esset ille, qui et fugientes exciperet, et se cum
his urbanis ducibus coniungeret, Introducti autem galli
Iusiurandum sibi, et litteras a p. lentulo cethego, statilio.

ad suam gentem datas esse dixerunt, Atque ita sibi ab
hijs et a L. cassio esse preceptum, ut equitatum in italiam
quam primum mittent, pedestres sibi copias non defuturas
Lentulum autem sibi confirmasse, ex fastis Sibillis
aruspicumque responsis, se esse tertium cornelium illum ad quem
regnum huius urbis atque imperium peruenire essent necesse.
Cinnam, atque Sillam ante se fuisse. Eundemque dix-
isse, fatalem hunc annum esse ad interitum huius urbis atque
imperij, qui esset annus decimus post virginum absolutorum
post capitolij autem incensionem vicesimus. Hanc autem
Cethego cum ceteris controuersiam fuisse dixerunt,
quod lentulo, et alijs saturnalibus cedem fieri, atque urbem
incendi placeret. Cethego nimium id longum videri. Uerum
ne longum sit quo tabellas proferri iussimus, que
a quoque videbantur, date primo ostendimus cethego
signum cognouit. Hos linum incidimus. legimus. Erat
scriptum ipsius manu allabrogum senatui, et populo,
sese que eorum legatis confirmasset, facturum esse. Orare
ut item illi facerent, que sibi eorum legati precepissent
Tunc Cethegus qui paulo ante aliquid tamen de gla-
dijs ac sicis, que apud ipsum erant deprehensa respon-
disset, dixissetque se semper bonorum ferramentorum

studiosum fuisse veritatis lris / debilitatq / atqz ab tuis
conscientia convictus repente conticuit // Introductus
statilius cognovit / et signum et manum suam recitate
sunt tabelle / In eandem fere sententiam confessus
est tum ostendi tabellas / lentulo / et quesivi / cognosceret
/ ne signum / annuit Est vero quidem notum signum / ymago avi
tui clarissimi viri / qui amavit unice patriam / et ci-
ves suos: Que quidem a tanto scelere etiam muta
revocare debuit Leguntur eadem ratione / ad senatum
allobragum / populumque littere / Si quid de his / rebus dicere
vellet / Feci potestatem / Atqz ille primo / quidem /
negavit / Post autem aliquanto toto iam iudicio exposito
atqz edito surrexit / Quesivi a gallis / quid sibi esset
cum his / Quamobrem domum suam venissent / Itemqz
a vultratio / qz cum illi breviter constanter qz res-
pondissent / per quem ad eum / quotiens qz venissent
Quesissemqz ab eo nichil ne secum esset de fastis si-
billinis / locutus / tum ille subito scelere demens / quanta
conscientie vis esse ostendit / Nam cum id posset infi- f al est
ciari repente preter opinionem omnium confessus est
Ita enim non modo ingenium illud et dicendi exercitatio
qua semper valuit / Sed etiam propter vim sceleris

manifesti, atque deprehensi, impudentia qua superabat
eos improbitas defecit. Vulturcius vero subito litteras
proferri, atque aperiri iubet, quas sibi a lentulo ad
Catilinam datas esse dicebat atque vehementissime
perturbatus lentulus, tamen et signum, et manum suam
cognovit. Erant autem scripte sine nomine sed ita, Quis
sim scies ex eo quem ad te misi, cura ut vir sis,
Et cogita quem in locum sis progressus Et vide quid
iam tibi sit necesse, Cura ut omnium tibi auxilia adiungas
etiam infimorum Gabinius deinde introductus, cum primo
impudenter respondere, cepisset ad extremum nichil.
ex his, que galli insimulabant, negavit. Ac, michi,
quidem quo cum illa certissima visa sunt, argumenta
atque indicia sceleris tabelle. Signa manus denique
unius cuiusque confessio, tum multo certiora illa, color, oculi,
vultus, taciturnitas sic enim obstupuerant, sic terram intu-
ebantur, sic furtim nonnumquam inter se aspiciebant,
ut non iam ab aliis indicari. sed indicare se ipsi
viderentur Iudiciis expositis, atque editis, quod senatum consu-
lui, de summa republica salute, Quid fieri placeret, Dicte
sunt a principibus acerrime, ac fortissime sententie quas
senatus sine ulla varietate est secutus, Et quoniam nondum

est pscriptum. Senatus consulto, ex memoria vobis, quo
quid senatus censuerit exponam. Primum michi gratie verbis
amplissimis aguntur, quod virtute, consilio, providentia mea
res publica maximis periculis sit liberata. Deinde L. Flaccus
et C. Pomptinus pretores, quod eorum opera forti, fidelique usus
essem merito ac iure laudantur, atque etiam viro forti
fidelique usus essem merito, ac iure laudantur. Atque etiam
viro forti college meo, laus impertitur, quod eos qui
huius coniurationis participes, fuissent a suis, et a re publica | vel alibi lentulus
consiliis removisset, atque ita censuerunt, ut P. Lentulus
cum pretura se abdicasset, in custodia traderetur itemque
uti C. Cethegus L. Statilius P. Gabinius, qui omnes
presentes erant, in custodiam traderentur. Atque idem hoc
decretum est in L. Cassium, qui sibi procurationem incendendi
urbis depoposcerat. In Marcum Ceparium, cui ad solli-
citandos pastores Appulliam attributam esse erant indi-
catum. In P. Furium, qui ex his coloniis, quas Fesu-
las L. Silla deduxit. In quem Manlium Chilonem, qui una
hoc furioso semper erat. In hac Allobragum sollicitatione
versatus. In P. Umbrenum libertinum hominem, a quo primum
Gallus ad Gabinium adductus esse constabat. Atque ea
lenitate senatus est usus: quo ut ex tanta coniuratione
tantaque vi, ac multitudine domesticorum hostium, novem

hominum perditissimorum pena r. p. conseruata. religione sanari
mentes posse arbitraretur. Atque etiam supplicatio dijs
immortalibus, pro singulari eorum merito meo nomine de-
creta est, quod michi primum post hanc urbem condi-
tam. togato contigit. Et his decreta uerbis est, quod ur-
bem incendijs, cede Ciues, italiam bello liberassem
. Que supplicatio, si cum ceteris supplicationibus conferatur
hoc interest, quod cetere benegesta, hec vna conseruata
r. p. constituta. Atque illud quod faciendum primum, fuit
factum. atque transactum est. Nam P. lentulus quamquam
patefactis indicijs, et confessionibus suis iudicio senatus
non modo pretoris ius verumetiam Ciuis amiserat, tamen
magistratu se abdicauit, ut religio C. mario clarissimo
viro non fuerat, quominus glauciam, de quo nichil
nominatim erat decretum erat, pretorem occideret, ea
nos religione in priuato P. lentulo puniendi libe-
raremur. Nunc quoniam quo sceleratissimi, periculosissimique
belli, nefarios duces captos, iam comprehensos tenetis
Existimare debetis omnes Catiline copias omnes spes.
atque opes depulsis urbis periculis concidisse. Quem quidem
ego cum ex urbe pellebam. hoc prouidebam animo, quirites remo-
to. Catilina non michi. P. lentuli somnum, nec L. cassij
nec C. Cethegi. furiosam temeritatem, pertimescendam

ǁ al. p singulorum uel p simil. eorum uel p singulari

ǁ al. ea

Ille erat unus timendus ex istis omnibus. Sed tam diu
dum urbis menibus continebatur. Omnia norat, omnium
aditus tenebat appellare, temptare, sollicitare poterat,
audebat. Erat ei consilium ad facinus aptum. Consilio
autem neque manus neque lingwa deerat. Iam ad cer-
tas res conficiendas certos homines delectos ac de-
scriptos habebat. Neque vero cum aliquid confectum
putabat. Nichil erat, quod non ipse obiret, occurreret,
vigilaret laboraret. Frigus, famem, sitim ferre poterat.
Hunc ego hominem, tam acrem, tam audacem, tam pa-
ratum, tam callidum, tam in scelere diligentem, nisi ex
domesticis insidiis in castrense latrocinium compulissem,
Quirites dicam id, quod sentio, quod non facile hanc tantam
molem mali a cervicibus depulissem. Non ille nobis
saturnalia constituisset, ut signum, ut litterae sue testes
manifesti sceleris deprehenderentur. que nunc illo absente
sic gesta sunt ut nullum in privato domo furtum umquam
sit tam palam inventum, quam hec in tota republica co-
niuratio manifesto inventa, atque deprehensa est. Quod si
Catilina in urbe ad hanc diem remansisset, quamquam quo-
ad fuit omnibus eius consiliis occurri atque obstiti, tamen
ut levissime dicam, dimicandum nobis cum illo fuisset

Neque nos umquam tum ille in urbe hoste esset tantis periculis
r.p. tanta pace, tanto ocio, tanto silentio liberassemus
Quamquam hec omnia, quo ita sunt a me adiudicata admi-
strata. Ut deorum immortalibus nutu, atque consilio, et
digesta, et provisa esse videantur. Neque tum coniectura
consequi possumus, quod vix videtur humanis consiliis
tantarum rerum gubernatio esse potuisse, tum vero ita
presentes, his temporibus ope, et auxilium nobis tulerunt, ut
eos pene oculis videre possemus. Nam, ut illa omit-
tam, visas nocturno tempore ab occidente faces, ar-
doremque celi, ut fulminum iactus, ut terremotus relin-
quam. Ut omittam cetera, que tam multa nobis
consulibus facta sunt. Ut hec que nunc fiunt canere dii
immortales viderentur. Hoc certe quod sum dicturus
neque pretermittendum, neque relinquendum est. Nam pro
fecto memoria tenetis, cotto, et torquato consulibus
complures, de capitolio turres, de celo esse percussas
Cum et simulachra deorum depulsa sunt. Et statue
veterum hominum deiecte. Et legum aera lique-
facta sunt. Et tactus etiam ille, qui hanc urbem
condidit Romulus, quem in auratum in capitolio
parvum, ac lactantem uberibus lupinis inhiantem fuisse



meministis.

meministis. Quo quidem tempore, cum aruspices ex tota
etruria convenissent, Cedes atque incendia, et legum interi-
tum, et bellum civile, ac domesticum, et totius urbis
atque imperii occasum appropinquare dixerunt, nisi
dii immortales omni ratione placati suo numine prope
fata ipsa flexissent. Itaque illorum responsis, tum et ludi
per decem dies facti sunt. Neque res ulla que ad pla-
candos deos pertineret, pretermissa est. Idemque iusserunt
simulachrum iovis facere maius, et in excelso collocare
et contra atque ante fuerat ad orientem convertere ac se
sperare dixerunt si illud signum quod videtis, solis ortum
et forum, curiamque conspiceret, fore ut ea consilia que
clam essent inita contra salutem urbis, atque imperii
illustrarentur. Sed tanta fuit operis tarditas, ut neque su-
perioribus consulibus, neque nobis ante hodiernum diem collo-
caretur. Hic quis potest esse tam aversus, a vero, tam preceps,
tam mente captus, qui neget hec omnia, que videtis
precipueque hanc urbem deorum immortalium nutu ac po-
testate, administrari. Etenim cum esset ita responsum cedes
incendia interitum rei publice comparari, et ea per cives
que tum propter magnitudinem scelerum nonnullis incredibilia
videbantur, ea non modo cogitata a nefariis civibus

Nota quod consuetudo orandi ad orientem.

Nemi etiam a nes susceptu esse sensistis Illud vo no ita
pns est, ut nutu Jovis optimi max fctm esse videat.
. Vt cu hodierno die mane p foro meo iussu, et quirati
et corum iudices in idem concordie dicentur, et ipso
tempore signm statuetur, quo collocato, atque id vos
senatusque tonso omnia, et senatus, et vos, que erant
con senatu, et salutem oim cogitata, illustrata,
patefacta vidistis. Quo etiam maiore sunt in isto odio
suppliciisque digni, qui non solum vris domicilijs
atque tectis sed etiam deorum templis, atque delubris,
sunt funestos, ac nefarios ignes inferre conati.
Quibus ego si me restitisse dicam, nimiu michi uebe
Ille nos omnes salvos esse voluit. Dijs ergo immor-
talibus hanc mentem, voluntatemque suscepi, atque
ad hec tanta iudicia perveni. Jam vo illa allobrogu
solicitatio, iam a p. lentulo, ceterisque domesticis hostibus
tamdementer tante res credite, et ignote, et bar-
baris commisseque lre. Nunque essent profecto nisi a dijs
Immortalibus, huic tante audatie consiliu esset ereptu
. Quid vo, ut homines galli ex ci(vita)te male pacati que
res vna gestat, que bellum p. R. facere posse et
non nolle, videatur, spem imperij, ac rerum maxiare

ultro sibi a patriciis hominibus oblatam negligeret, utrasque
salutem suis opibus anteponeret, id non divinitus esse
factum putatis, presertim cum vos non pugnando, sed
tacendo superare potuerunt. Quamobrem, quirites, quoniam
ad omnia pulvinaria supplicatio decreta est celebra-
tote illos dies, cum coniugibus ac liberis vestris. Nam mul-
ti sepe honores diis immortalibus iusti habiti sunt,
ac debiti sed profecto iustiores numquam erepti estis ex cru-
delissimo, ac miserrimo interitu, erepti sine cede sine
sanguine, sine exercitu, sine dimicatione togati, me uno
togato duce, et imperatore vicistis Etenim recordamini
quirites, civiles omnes dissensiones non solum eas quas vos
audistis sed eas quas vosmetipsi meministis atque vidistis
L. Silla P. Sulpitium oppressit, eiecit ex urbe C. mari-
um custodem huius urbis, multosque fortes viros, partim
eiecit ex civitate partim interemit Cn. Octavius consul armis
expulit, ex urbe collegam. Omnis hic locus acervis corporum
et civium sanguine redundavit. Superavit postea
Cina cum mario. Tum vero viris clarissimis interfectis
lumina civitatis extincta sunt Ultus est huius victorie,
crudelitatem, postea Silla ne dici quidem opus est, quanta di-
minutione civium, et quanta calamitate reipublice Dissensit

M. lepidus, a clarissimo viro Q. catulo attulit, non tam
ipsius interitus r. p. pertinerent Non ille nullam esse
r. p. sed in ea que esset se esse principes Neque hanc urbem
conflagrare, sed se in hac urbe florere voluerunt Atque
ille tantum dissensiones discessiones, quarum nulla exitum
r. p. quesivit Eiusmodi fuerunt non reconciliatione
concordie, sed internitione civium diiudicate sint In hoc
autem uno, post hominum memoriam maximo crudelis-
simoque bello, quale bellum nulla umquam barbaries
cum sua gente gessit, quo in bello lex hec fuit a
lentulo catilina, cethego, cassio constituta, ut omnes
qui salva urbe, salvi esse possent, in hostium numero du-
cerentur, Ita me gessi quo, ut hostes vestri tantum civium
superfuturi imputassent, quantum infinite cedi, restitissent
Tantum autem urbis, quantum flamma obire non potuisset
et urbem, et cives integros, incolumesque servari Quibus
pro tantis rebus, quo nullum ego a vobis, premium virtutis
nullum insigne honoris nullum monumentum laudis
postulabo, preterquam huius diei memoriam sempiternam,
In animis ego vestris omnes triumphos meos, omnia orna-
menta honoris, monumenta glorie, laudis insignia condi
et collocari volo, Nichil me mutum potest delectare,
Nichil tacitum nichil denique eiusmodi, quod etiam minus

digni assequi possint. Memoria vestra quirites nostre res alentur
sermonibus crescent litterarum monumentis inveterascent
et corroborabuntur. Eandemque diem intelligo, quam
spero eternam fore propagatam esse, et ad salutem
urbis, et ad memoriam consulatus mei, unoque tempore // notat pompeium
in hac re publica duos cives extitisse, quorum alter fines
vestri imperii, non terre, sed celi regionibus terminaret
Alter huius imperii, domicilium sedesque servaret. Sed
quoniam earum rerum, quas ego gessi, non eadem est fortuna // ad externa
atque conditio que eorum, qui externa bella gesserunt,
quod michi cum hiis vivendum est, quos vici ac subegi,
illi hostes aut interfectos, aut oppressos reliquerunt
vestrum est quirites si ceteris facta sua recte prosunt, michi
mea ne quando obsint providere. Mentes autem hominum
audacissimorum scelerate ac nefarie, ne vobis nocere possent
ego providi, ne michi noceant, vestrum est providere.
Quamquam quirites quo ~~comparatum est. Magna in re publica dignitas~~
michi quidem ipsi nichil iam ab istis noceri potest,
Magnum enim est vobis presidium, quod michi in perpetuum
comparatum est. Magna in re publica dignitas, que me
semper tacita defendet. Magna vis conscientie, quam
qui negligunt, cum me violare volent se ipsi indicabunt

Est eni in nobis iis aius, q. i. Ut non mo nllius
audacie cedam, s etia oms improbos ult° semp laces-
sam. Q si oms impetus domesticoru hostiu depulsus
a vobis se in me unu conuerit, vobis erit puidend
quo, qua condicoe post hac eos esse velitis, qui se
pro salute vra, obtulerint īvidie piculis omibz,
michi quidem ipi, quid est, quod iam ad uite fructu
possit acquiri, cum psertim, neqz in honore vro
neqz in gla vtut quicqz videam alci, quo michi
libeat ascende°. Illud proficiam profecto, q° ut ea
que gessi in consulatu, puatus tuear, atqz ornem.
Ut si qua est invidia inconsuanda, in re publica
suscepta ledat invidos, michi valeat ad gloriam.
Deniqz me in re p.ca tractabo, ut meminerit sp
que gesserim, curemqz, ut ea vtute no casu gesta
esse videantur. Vos q qm iam est nox, venerati
Iouem illum custodem, huius urbis ac vestrum
et in vestra tecta discedite, et ea qq iam est pi-
culum, depulsu tamen eque ac priore nocte, Scilicet
custodijs, vigilijsqz defendite, Id ne vobis diutius
faciend sit, prouidebo Quirites

Moneuer

M. T. Ciceronis quarta invectio in Katilinam

Video p. c. in me omnium vestrum ora atque oculos
esse conversos. Video vos non solum de vestro
ac r. p. verum etiam, si id depulsum sit, de meo
periculo esse sollicitos. Est michi iocunda in
malis et grata in dolore vestra erga me vo-
luntas. Sed eos per deos immortales, queso de-
ponite atque obliti salutis mee de vobis, ac
de liberis vestris cogitate. Michi si hec condicio
consulatus data est, ut omnes acerbitates, omnes
dolores cruciatusque perferrem, feram non solum
fortiter, verum etiam libenter, dummodo meis labo-
ribus, vobis p. R. que dignitas, salusque pariatur. Ego
sum ille consul p. c. cui non forum, in quo omnis equitas
continetur, non campus consularibus auspiciis conse-
cratus, non curia summum auxilium omnium gentium, non domus
commune perfugium, non lectus ad quietem datus, non denique
hec sedes honoris, sella curulis unquam vacua mortis
periculo, atque insidiis fuit. Ego multa tacui, multa pertuli,
Multa concessi. Multa meo quodam dolore in
vestro timore sanavi. Nunc si hunc exitum consulatus
mei dii immortales esse voluerunt, ut vos populumque Romanum
ex cede miserrima coniuges, liberosque vestros virginesque vestales

vel alias meo

ex acerbissima vexacione templa, atque delubra, hanc
pulcherrimam patriam omnium nostrum ex fedissima flamma
/totam Italiam ex bello, et vastitate eripuerim, quicumque
michi uni proponetur, fortuna subeatur. Etenim si P.
lentulus, nomen inductum a vatibus, fatalem perniciem
r. p. fore putavit, Cur ego non leter meum consu-
latum ad salutem. p. R. prope fatalem extitisse. Quare
p. c. consulite vobis, prospicite patrie, conservate vos
coniuges, liberos, fortunasque vestras. p. R. nomen, salu-
temque defendite, Michi parcere ac de me cogitare desinite

at. p. sient 4

Nam primum debeo sperare omnes deos, qui huic urbi presi-
dent, pro eo michi ac mereor relaturos esse gratiam
Deinde si quid obtigerit, equo animo, paratoque moriar Nam
neque turpis mors, forti viro potest accidere, neque matura
consulari, nec misera sapienti. Nec tamen sum ille
ferreus, qui fratris carissimi et amantissimi presentis
merore non movear, Horumque omnium lacrimis, a quibus
me circumsessum videtis, neque meam mentem, non do-
mum sepe exanimata uxor, et abiecta metu, filia, et
parvulus filius, quem michi videtur amplecti R.
p. tamquam obsidem consulatus mei, neque ille qui expe-
ctans, huius exitum, huius diei stat in conspectu meo gener

Moneor his rebus omnibus. Sed meam partem ut salvi sit
vobiscum omnes etiam, si me vis aliqua oppresserit, po-
tuisse et illa, nos una rei publice peste peccam. Quare patres
conscripti incumbite ad salutem rei publice, circumspicite omnes procel-
las, que impendent, nisi providetis. Non Ti. Gracchus
quod iterum tribunus plebis fieri voluit. Non C. Gracchus
quod agrarios concitare conatus, non L. Saturninus quod C.
Memmium occidit, in discrimen aliquod, atque in vestre
severitatis iudicium adducitur. Tenentur hi, qui ad urbis
incendium, ad vestram omnium cedem, ad Catilinam accipi-
endum Rome restiterunt. Tenentur littere, signa, manus,
denique, uniuscuiusque confessio. Sollicitantur Allobro-
ges, servitia excitantur, Catilina accersitur. Rome
idem initur consilium, ut interfectis omnibus, nemo ne
ad deplorandum quidem populi Romani nomen, atque lamentandam
tantam imperii calamitatem relinquatur. Hec omnia, ut
iudices detulerunt, rei confessi sunt, vos multis iam iu-
diciis iudicastis, primum quod mitchi gratias egistis singularibus
verbis, et mea virtute, atque diligentia perditorum hominum con-
iurationem patefactam esse decrevistis. Deinde quod P. Len-
tulum, se abdicare preatura coegistis. Tum quod eum, et ce-
teros de quibus iudicastis in custodiam dandos, censuistis

maxime meo nomine supplicationem decrevistis, qui honos
togato habitus ante me est nemini. Postremo hesterno
die premia legatis allobrogum atque vulturcio dedistis
amplissima. Que sunt omnia huiusmodi, ut hi qui
in custodiam nominatim dati sunt, sine ulla dubitatione a
vobis dampnati esse videantur. Sed ego institui re-
ferre ad vos P.C. tamquam integrum et de facto, quod
iudicetis, et de pena quid censeatis. Illa predicam
que sunt consulis. Ego magnum in re publica versari furorem
et nova quedam misceri et concitari mala iam
pridem videbam. Sed hanc tantam, tam exitiosam
haberi coniurationem a civibus numquam putavi. Nunc quicquid
est, quocumque vestre mentes inclinant atque sententie, sta-
tuendum vobis ante noctem est. Quantum facinus ad
vos delatum sit videtis. Huic si paucos putatis affi-
nes esse vehementer erratis. Latius opinione dis-
seminatum est hoc malum, manavit non per Italiam
verumetiam transcendit alpes, et obscure serpens
multas iam provincias occupavit. Id opprimi sustentando
aut prolatando nullo pacto potest. Quacumque ratione pla-
cet, celeriter vobis vindicandum est. Video adhuc duas
esse sententias, unam D. Sillani, qui censet eos

qui hoc facere conati sunt debere morte multandos. Alterum
C. Cesaris, qui mortem pena removet, ceterorum sup-
pliciorum omnes acerbitates amplectitur. Uterque et pro
sua dignitate et pro rerum magnitudine in summa se-
veritate versatur (scilicet Silla). Alter eos, qui nos omnes, cum populo Romano
vita privare conati sunt, qui delere imperium, cum populi Romani nomen
extinguere, punctum temporis frui vita et hoc communi spiritu non
putat oportere. Atque hoc genus pene sepe in improbos
cives in hac republica esse usurpatum recordatur. Alter
intelligit mortem a diis immortalibus non esse sup- mors
plicii causa ~~destitutam~~ constitutam, sed aut necessitate
nature aut laborum ac miseriarum quietem. Itaque eam
sapientes nunquam, fortes sepe etiam sepe appeti-
verunt. Vincula vero et ea sempiterna certe ad sin-
gularem penam nefarii sceleris inventa sunt.
Municipiis dispertiri iubet. Habere videtur ista res iniqui-
tatem, si imperare velis, difficultatem, si rogare. Decer-
natur tamen si placet. Ego enim suscipiam et ut spero
reperiam, quid id quod salutis omnium causa statueris non
putet esse sue dignitatis recusare. Adiungere gravem
penam municipiis, si quis eorum vincula ruperit. Horri-
biles custodias circumdat et digna scelere hominum perditorum

sanxit. Ne quis eorum penam, quos condempnat, aut per senatum aut per populum levare possit, Eripit etiam spem que sola homines in miserijs consolari solet. Bona preterea publicari iubet, vitam solam relinquit nefarijs hominibus, quam si eripuisset, animi atque corporis multos uno dolore omnes et scelerum penas ademisset. Itaque ut aliqua in vita formido improbis esset posita, apud inferos eiusmodi quedam illi antiqui supplitia impijs consti-tuta esse voluerunt. Quod videlicet intelligebant, his re-motis non esse mortem ipsam pertimescendam. Nunc p. c. ego mea video quid intersit, si eritis secuti sententiam G. cesaris, quoniam hanc his in republica viam que popularis habetur, secutus est fortasse minus erunt hoc auctore et cognitore huiusce sententie michi popula-res impetus pertimescendi. Sin illam alteram nescio an amplius negocij michi contrahatur. Sed tamen meorum periculorum rationes, utilitates r. p. vincant. Habuimus enim a Cesare, sicut ipsius dignitas et maiorum eius am-plitudo postulabat, sententiam tamquam obsidem perpe-tue in r. p. voluntatis. Intellectum est, quid interesset inter levitatem contionatorum et animum popularem saluti populi consulentem. Video de istis qui se

ss. scilicet dolores

p^a^ Infer^i^

popularis haberi vult abesse non neminem, Neque de ca-
pite videlicet civium Romanorum sententiam ferat. Is et
nudiustercius in custodiam cives Romanos dedit et
supplicationem michi decrevit, et indices hesterno
die maximis premiis affecit. Iam hoc nemini dubium est
qui reo custodiam, questori gratulationem, indici premium decrevit
quid de tota re et causa iudicaret. At vero G. Cesar
intelligit legem Semproniam esse de civibus Romanis
constitutam, qui autem rei publice sit hostis eum civem esse
nullomodo posse, denique ipsum latorem Sempronie legis, iussu
populi penas rei publice dependisse. Idem ipsum Lentulum lar-
gitorem et prodigum non putat cum de pernicie populi
Romani exitio huius urbis tam acerbe tam crudeliter cogi-
tarit, etiam appellari posse popularem. Itaque homo
mitissimus atque lenissimus non dubitat P. Lentulum
eternis tenebris vinculisque mandare, et sancit in pos-
terum, ne quis huius supplicio levando se iactare et in
pernicie populi Romani posthac popularis esse possit. Adiungit
etiam publicationem bonorum, ut omnis animi cruciatus   // hec etiam
et corporis esse egestas ac mendicitas consequatur.
Quamobrem sive hoc statueritis, dederitis michi comi-
tem, ad contionem populo carum atque iocundum, sive Sillani

sententiam sequi malueritis, facile me, atque vos a
crudelitatis vituperatione. p. R. exoluisse. atque optinebo eam
multo leniorem fuisse, quamobrem p. c. que potest esse in
tanti sceleris immanitate punienda crudelitas. ego
enim de meo sensu iudico. Nam ita michi salua re p.
vobiscum perfrui liceat, ut ego qui in hac causa ve-
hementior sum non atrocitate moveat animi. quis
enim est me mitior, sed singulari quadam humanitate, et
misericordia. Videor enim michi videre hanc urbem lucem
orbis terrarum, atque arcem omnium gentium subito uno incendio
concidentem, cerno animo sepulta in patria miseros atque
insepultos acervos civium. Versatur michi ante oculos
aspectus Cethegi, et furor in vestra cede bachantis. Cum
vero michi proposui regnantem Lentulum, sicut ipse se
ex fatis sperasse confessus est, purpuratum esse huic Ga-
binium, cum exercitu venisse Catilinam, tum lamentationes
matrum familias, tum fugam virginum, atque puerorum,
ac vexationem virginum vestalium perhorresco. Et quia michi
hec videntur vehementer misera, atque miseranda ideir-
co in eos, qui ea perficere voluerunt me severum veheme-
temque prebebo. Et enim quero, si quis pater familias li-
beris suis, a servo interfectis uxore occisa, incensa do-
mo, supplicium de servis quam acerbissimum sumpserit utrum iste

His clemens an misericors, an inhumanissimus ac
crudelissimus esse videatur. Michi vero importunus
ac fereus, qui non dolore, ac cruciatu nocentis suum
dolorem, ac cruciatumque lenierit. Sic nos in his omnibus
hominibus qui nos, qui coniuges, qui, liberos nostros tru-
cidare voluerunt, qui singulas uniuscuiusque nostrum
domus et hoc universum rei publice domicilium conati sunt
delere, qui id egerunt, ut gentem allobrogum in vesti-
giis huius urbis, atque in cinere deflagrati imperii colloca-
rent. Si vehementissime fuerimus, misericordes habebimur
Sin remissiores esse voluerimus summe nobis crudelitatis
in patrie civiumque pernicie, fama subeunda est. Nisi
vero cuipiam L. cesar vir fortissimus rei publice crudelior nu-
diustertius visus est, cum sororis sue femine dilectis-
sime virum presentem et audientem vita privandum esse
dixit cum avum suum iussu consulis interfectum, filiumque
eius impuberem, legatum a patre missum, in carcere necatum
esse dixit. Quorum quod simile factum, quod initum delende
rei publice consilium largitoris voluntas. Cum in re publica
versata est, et partium quedam contentio. Atque illo tempore
huius avus, Lentuli vir clarissimus armatus Gracchum
est persecutus. Ille etiam grave tum vulnus accepit

ne quid de summa dignitate r. p. diminuetur. Hic ad ev-
vertenda fundamenta r. p. Lentulus gallos accersit, seruicia
concitat, Catilinam vocat, attribuit nos trucidandos
Cethego et ceteros cives interficiendos Gabinio vrbem in-
flammandam, totam Italiam vastandam, diripiendamque
Catiline. Veremini censeo ne in hoc scelere tam immani
ac nefando nimis aliquid severius statuisse videamini
Multo magis est verendum, ne remissione pene, cru-
deles in patriam quam ne severitate animadversionis nimis
vehementes et acerbissimos hostes esse videamur. Sed ea
que exaudio p. c. dissimulare non possum. Iaciuntur enim
voces, que perveniunt ad aures meas eorum qui vereri
videntur. vt non habeam satis presidii ad ea que vos
statueritis, hodierno die transigenda. Omnia et provisa
et parata p. c. et constituta, tum mea summa cura
ac diligentia, tum multo et maiore populi Romani
ad summum imperium retinendum, et ad communes fortunas conser-
vandas voluntate, omnes adsunt, Omnium ordinum homines
omnium denique etatum. plenum est forum, plena, omnes
aditus huius templi, ac loci, Causa enim est post vrbem
conditam hec inventa sola, in qua omnes sentiunt
vnum atque idem preter eos, qui cum sibi viderunt
esse pereundum. cum omnibus potius, quam soli perire volu-

erunt. Hosce ego homines excipio et secerno libenter,
neque improborum civium, sed acerbissimorum hostium numero
habendos puto. Ceteri vero dii immortales, qua fre-
quentia, quo studio, qua virtute ad communem salutem, digni-
tatemque consentiunt. Quid ego hic quirites R. comme-
morem, qui ita vobis summam ordinis, consiliique concedunt
ut vobiscum de amore r. p. certent. Quos ex multorum
annorum dissensione huius ordinis ad societatem con-
cordiam revocatos, hodiernus dies vobiscum atque
hec causa subiungit, quam coniunctionem in consulatu
confirmatam meo, perpetuam in republica precor esse venture
Pari studio defendite r. p. convenisse. Video tribunos
erarios, fortissimos viros, scribas et quoscumque casu
hic dies ad erarium frequentasset, video ob amore de-
bite pecunie, ab expectatione sortis, ad salutem communem esse
conversos. Omnis ingenuorum eadem multitudo, etiam tenuis-
simo tenuissimorum. Quis est enim cui non hec templa,
aspectus urbis, possessio libertatis, lux denique, hec ipsa
et commune patrie solum, non sit carum, tum vero dulce
atque iocundum. Opere pretium est p. c. libertinorum hominum stu-
dia cognoscere, qui sua virtute fortunam huius civitatis
consecuti, vere hanc suam patriam iudicant, sed urbem hostium
iudicaverunt. Sed quid ego hosce homines commemoro.

quos privata fortuna, quos communis res publica, quos denique libertas
ea que dulcissima est ad salutem patrie defendendam
excitavit. Servus est nemo, qui modo tollerabili con-
dicione sit servitutis, qui non audaciam civium perhorrescat
qui non hec stare cupiat, qui non tantum, quantum audeat,
et quantum potest conferat ad salutem communem voluntatis.
Et si quem vestrum forte commovet, hoc quod auditum est,
lenonem quendam Lentuli concursare circum tabernas
pretio sperare sollicitare posse animos egentium atque impe-
ritorum est quidem id ceptum atque temptatum, sed nulli sunt
inventi, tam aut fortuna miseri, aut voluntate
perditi, qui non illum ipsum selle, atque operis et questus
quotidiani locum, qui non cubile aut lectulum suum
qui denique non cursum hunc ociosum vite sue salvum
esse velint. Multo vero maxima pars eorum, qui in ta-
bernis sunt, nisi vero, id enim potius dicendum, genus
hoc universum amantissimum est ocii. Etenim omne
instrumentum omnis opera atque questus frequentia civium sus-
tentatur, alitur ocio, quorum si questus occlusis
tabernis minui solet, quid tandem incensum fu-
turum fiet. Que cum ita sint p. c. vobis p. R. presi-
dia non desunt, vos ne p. R. deesse videamini
providete. Habetis consulem ex plurimis periculis et insidiis

als que

atqz ex media morte / non ad uitam suam / sz ad salute
vram reseruatu / oms ordies ad conseruand R. p. mete
voluntate voce consentiut Obsessa fatibus facibus
/et telis impie cospiratois / vobis supplex man tendit
pria cois / Vobis se / vobis uitam oim Ciuiu vobis
artem / et capitoliu Vobis aras penatu / Vobis illu
ueste / sempiternu / vobis oim deorum templa / atqz de-
lubra / vobis muros / atqz urbis tecta comendat Preterea
de vra uita / de coniugum vrarum / atqz liberorum anima /
de fortunis oim / de sedibz / de focis vris / hodierna de
die vobis iudicand est / Habetis ducem memorem vri
/oblitu sui / Non semp facultas datur / Habetis oms
ordines / oms homies vniuersum p. R.m / id / quod in
Ciuili casu / hodierno die primu uidemus vnu / atqz ide
sentientem / Cogitate / quantis laboribz / fundatu imperiu
quanta virtute stabillitam libertatem / quanta deorum benig-
nitate / auctas / exauctasqz fortunas vna nox tam pene
deleuit / Id ne vmqz / post hac non modo / non confici
sz ne cogitari quidem possit a Ciuibz / hodierno die
puidend est /. Atqz hec non ut vos / qui michi studio
pene preuenitis excitarem locutus sum Sz ut mea vox
que debz esse in Rep.ca / princeps / officio functa / consulari

uidetur. Nunc antequam ad sententiam redeam, de me
pauca dicam. Ego quanta manus est coniuratorum, quam
uidetis esse permagnam, tantam me inimicorum multitudinem
suscepisse video. Sed eam esse iudico turpem et infirmam
et contemptam et abiectam. Quod si aliquando alicuius furore et
scelere concitata manus ista plus valuerit quam vestra ac rei publice
dignitas, me tamen meorum factorum atque consiliorum
numquam p. C. penitebit. Etenim mors, quam illi mihi
minitantur, omnibus esse parata est; vite tantam laudem
quanta vos me vestris decretis honestastis nemo est asse-
cutus. Ceteris enim bene gesta michi uni conservata re publica
gratulationem decrevistis. Sit Scipio clarus ille, cuius

al. decedere

consilio atque virtute Hanibal in Affricam redire 6

6 atque Italia decere coactus est, laudetur alter eximia laude affricanus qui duas urbes huic

imperio, infestissimas Cartaginem Numantiamque
deleuit. Habeatur vir egregius Paulus ille, cuius
currum rex potentissimus quondam et nobilissimus
Perses honestavit. Sit eterna gloria Marius, qui
bis Italiam obsidione et metu servitutis liberavit.
Anteponatur omnibus Pompeius, cuius res geste atque
virtutes hisdem quibus solis tresus regionibus ac

al. cursus

terminis continentur. Erit profecto inter horum
laudes aliquid loci nostre glorie, nisi forte maius est

patefecit, nobis provincias, quo exire possimus, quam tu…e,
ut etiam illi, qui absunt, habeant quo victores revertantur.
Etsi est uno loco condicio melior externe victorie
quam domestice, quia hostes alienigine, aut oppressi servi- al's Cum
unt, aut recepti beneficio se obligatos putant, qui
autem ex numero civium dementia aliqua depravati hostes
patrie, semel esse ceperunt. Eos cum a pernicie rei publice
repellere nec vi coercere nec beneficio placare possis.
Quare michi cum perditis civibus hesternum eternum
bellum susceptum esse video, id ego vestro bonorumque
omnium auxilio, memoriamque tantorum periculorum, que non
modo in hoc populo, qui servatus est, sed omnium gentium
sermonibus, ac mentibus semper herebit. A me, atque
a meis facile propulsari posse confido. Neque ulla
profecto tanta vis reperietur, que coniunctionem vestram, equi-
tumque Romanorum et tantam suspirationem bonorum omnium
confringere et labefactare possit. Que cum ita sint
pro imperio, pro exercitu, pro provincia, quam neglexi
pro triumpho ceterisque laudis insignibus, que sunt a me
propter urbis vestreque salutis custodiam repudiata, pro
clientelis hospitibusque provincialibus, que tamen ur-
banis opibus non minore labore tueor quam comparo

pro his igitur omnibus rebus pro meis in vos singularibus
studiis proque hac quam conspicitis ad conseruandam
r. p. diligentia, nichil a vobis, nisi huius temporis
totiusque mei consulatus memoriam postulo. que dum
erit in vestris fixa mentibus, tutissimo me muro septum
esse arbitrabor. Quod si meam spem vis improborum
fefellerit atque superauit, commendo vobis paruum meum
filium, cui profecto satis erit presidij non solum ad
salutem, verum etiam ad dignitatem, si eius, qui hec omnia
suo solius periculo conseruauit illum filium esse
memineritis. Quapropter de summa salute vestra populique
Romani, de vestris coniugibus ac liberis, de aris, ac focis,
de fanisque atque templis, de totius urbis tectis ac sedi-
bus, de imperio ac libertate, de salute Italie, de vniuer-
sa republica decernite diligenter, ut instituistis, ac fortiter
Habetis eum consulem, qui et parere vestris decretis
non dubitet, ut ea que statueritis, quoad viuet defendite
et per se ipsum prestare possit.

al's defendet

Moneuet

SALUSTII · INUECTIUA · IN · M · T · CICERONEM · INCIPIT ·



Rauiter et iniquo animo maledicta
tua paterer M · Tuli si te scirem
iudicio · magis quam morbo · animi
petulantia · ista uti · Sed cum
in te neque modum · neque modestiam
ullam animaduertam · respondebo ·
Ut si quam maledicendo · volup-
tatem cepisti · eam maledicendo ·
amittas · Ubi querar · quos
implorem · p · c · apud · populum romanum ·
qui ita largitionibus corruptus
est / ut se ipse / ac fortunas suas
venales · habebat · An apud vos · p · c · quorum auctoritas
turpissime / cuique ludibrio est · Ubi ubi · M · Tuli leges ·
audatia populi romani defendit / atque in ordine ita / ita mode-
ratur · quasi unus reliquus familia viri clarissimi scipi-
onis affricani · et non repertitius accitus / ac paulo ante insitus
Huic urbi Ciuis · An non ita a pueritia uixisti · Ut
nichil flagitiosum corpori tuo · putares / quod alicui colli-
buisset · An semel istam inmoderatam eloquentiam
apud · M · pisonem · non pudicitie iactura perdidisti
Itaque minime mirandum quod eam flagitiose venditas
quam turpissime parasti Verum ut opinor splendor do-

mestius tibi cives tollit. Uxor sacrilega ac periuriis
delibata, filia matris pellex tibi iocundior atque obsequen-
tior, quam parenti par est. Domum ipsam tuam vi et ra-
pinis funestam tibi ac tuis conparasti videlicet ut nos
commodefacias quam conversa res sit, cum in ea domo
habitares homo flagitiosissime, que P. Crassi viri cla-
rissimi fuit. Atque cum hec ita sint, tamen Cicero
dicit se in conciliorum deorum immortalium fuisse immissum
huic urbi civibusque custodem, absque carnificis nomine
Qui civitatis incomoda in gloriam suam posuit, potius
quasi vero non illius coniurationis causa fuit consulatus
tuus, et iccirco respublica disiecta eo tempore quo te
custodem habebat. Sed ut opinor illa te magis
extollunt que post consulatum cum terentia uxore
de republica consuluisti. Cum legis plantie iudicia domo
faciebatis Ex coniuratis alios pecunia condempnabas
Cum tibi alius tusculanam Alius pompeianam villam
edificabat, Alius domum emebat. Qui vero nichil poterat
, his autem calumpnie proximus, his autem domum oppugna-
tum venerat, aut insidias senatui fecerat, denique
de eo tibi compertum erat. Que tibi falsa obitio redde
de ratione? quantum patrimonii acceperis? Quid tibi
litibus accrevit? qua ex pecunia domum paraveris?

Tusculanum et Pompeianum infinito sumptu edificaveris
aut si neutrum, cui dubium potest esse, quin opulentiam
istam ex sanguine et miseriis civium parasti. Verum,
ut opinor, homo novus arpinas ex M. crassi familia
illius virtutem imitatur. Contempnit simultatem
hominum nobilium, rem publicam caram habet, Neque terrore, neque
gratia commovetur. Aut vero amicitia tantum ac virtus
est animi. Immo vero homo levissimus supplex inimicis
amicis contumeliosus, modo harum, modo illarum partium
fidus nemini, levissimus senator, mercenarius, patronus
cuius nulla pars corporis turpitudine vacat, lingua vana,
manus rapacissime, Gula immensa, pedes fugaces,
que honeste nominari non possunt, inhonestissima. Atque
his cum eiusmodi sit, tamen audet dicere. O fortunatam natam
me consule Romam, Te fortunatam consule, Cicero? Immo
vero, infelicem et miseram, que crudelissimam proscriptionem
eam perpessa est, cum tu perturbata re publica, perculsos
omnes bonos parere crudelitati, cogebas, cum omnia
iudicia, omnes leges in tua libidine erant, Cum tu
sublata lege porcia, erepta libertate omnium nostrum
vite necisque potestatem ad te unum revocaveras, atque
parum quod impune fecisti, verum etiam commemorando.

exprobas, neque hoc tamen oblitus es servitutis tue. Egere
oro te Crispe, profecisse quod dicit, satis est perpessos esse
etiam ne aures meas odio tuo onerabis? etiam in
molestissimis verbis insectabere? Cedant arma toge.
Concedat laurea laudi. Quasi vero togatus et non
armatus ea que gloriaris confeceris atque inter te, Sillamque
dictatorem preter nomen imperii quicquam interfuit, Sed quid
ego plura de tua insolentia commemorem, quem Minerva
omnes artes edocuit, Iupiter optimus maximus in concilio
deorum admisit. Italia exulem humeris suis repor-
tavit. Oro te Romule arpinas, qui egregia tua
virtute, omnes Paulos, Fabios, Scipiones superasti, quem
tandem locum in hac civitate obtines, que tibi partes
reipublice placent? quem amicum, et quem inimicum
habes? cui in civitate insidias fecisti ancillaris.
quo iure, cum de exilio tuo Dirachio redisti, eum
sequeris, quos tirannos appellabas eorum potentie fa-
ves, qui tibi optimates videbantur eosdem dementes et
furiosos vocas. Vatinii causam agis. De Sextio ma-
le extimas. Bibulum petulentissimis verbis ledis,
laudas Cesarem, quem maxime odisti, ei maxime obsequeris
Aliud stans, aliud sedens sentis de republica, his male-

dicis, Illos odistis, levissime transfuga, neque in hac, neque in illa parte fidem habens

M. T. CICERONIS INVECTIVA IN SALUSTIUM INCIPIT.



A. demum magna voluptas est, G. salustij, equalem, ac parem uitiis per uitam agere neque quicquam tam obscenum dicere, cui non ab inicio pueritie omni genere facinore etatis, tua respondeat, ut omnis ratio moribus consonet. Neque enim, qui ita vivit, ut tu aliud ac tu loqui potest. Neque enim qui ita uiuit qui tam illoto sermone utitur honestior est. Quo me putarem P. C. Unde incipiam summa? Maius enim michi dicendi

onus imponitur quod notior est atque verum. Et aut si
de mea vita atque actibus meis huic conviciatori respondero
invidia gloriam consequetur. Aut si huius facta mores
omnem etatem nudavero in idem vitium incidam procacitatis
quod huic obicio. Id vos si forte offendimini, iustius huic
quam michi suscensere debetis, qui initium introduxit. Ego
l' al fastidio — dabo operam ut pro me minimo cum fastidio respondeam et
in hunc mentitus esse minime videar. Scio me p. c. non
habere magnam expectationem, quod nullum vos sciatis novum crimen
in Salustium audituros, sed omnia vetera recognituros
quibus et mee et vestre iam et ipsius aures calent. Verum
eo magis odisse debetis hominem, qui ne incipiens quidem
peccare minimis rebus posuit rudimentum. Sed ita ingressus
est ut neque ab alio vinci possit, neque ipse se omnino reliqua
etate preterire. Itaque nichil aliud studet, nisi ut lutulentus
cum quovis volutari. Longe vero fallitur opinione.
Non enim procacitate lingue vite sordes eluuntur. Sed
est quidem calumpnia quam unusquisque nostrum testante
animo suo fert de eo quod falsum crimen bonis obiectat. Et
si vita istius memoriam vicerit aliam p. c. non ex oratione
sed ex moribus suis spectare debetis. Iam dabo operam quam
l' al neque — maxime potero breve ut faciam. Neque hec altercatio
nostra vobis inutilis erit p. c. plerumque enim res publica



privatis crescit inimiciciis, Ubi nemo civis qualis sit
vix potest iudicare, Primum igitur quam omnium maiores C. Salus-
tius ad unum exemplum, et regulam querit, velim
respondeat, Num quid hi quos protulit, Scipiones
et Metellos ante fuerunt, aut opinionis aut glorie
quam eos res geste sue et vita innocentissime acta
commendavit Et si hoc fuit illis initium nominis, et dignitatis
Cur non eque nobis existimetur, Cuius et res geste
, et illustres, et vita integerrime acta, Quasi vero
tu sis, ab illis Salusti, ortus, Et si esses, iam non-
nullos tue, turpitudinis pigeret Ego meis maioribus
virtute mea, preluxi, ut prius noti non fuerint a me
incipiant initium memorie sue, Tu tuis vite quam turpiter
egisti magnas offudisti tenebras, Ut et si fuerunt
Egregii viri cives, per te venerint in oblivionem.
. Quare michi noli antiquos viros, obiectare Satius
est enim me meis rebus gestis, florere, quam maiorum opinione
niti, et ita vivere, ut sim posteris meis nobilitatis
initium et virtutis exemplum Neque me cum his conferri
decet, P. C. qui iam decesserunt Omnique odio carent
et invidia, Sed cum eis, qui mecum una in republica
versati sunt, Sed si fuerim, aut in honoribus petendis

Nota

Nota

nimis ambitiosus, non hanc popularem ambitionem,
Cuius me principem confiteor. Sed illam preciosam
cum leges cuius primos ordines, salustius duxit, aut
in gerendis magistratibus, aut in iudicandis maleficiis, tam
seuerus aut in republica tam vigilans, quam tu pro-
scriptionem vocas, Credo quod nisi omnes tui similes incolumes
in urbe vixissent. Ut quanto meliore loco, res publica sta-
ret, si tu par, ac similis scelestorum ciuium una, cum
illis adnumeratus esses. An ego tunc falso scripsi, Cedant
arma toge, qui togatus armatos, et pace bellum
oppressi, An illud mentitus est sum, fortunatam natam
me, me consule Romam, qui tantum intestinum bellum
ac domesticum urbis incendium extinxi. Neque tui piget
homo leuissime, cum ea culpas, que historiis mihi
glorie ducis. An turpius est scribentem mentiri quam
illud palam hoc ordine dicentem. Nam quod in etate
increpuisti, tantum me abesse puto ab ~~infimicitia~~
impudicitia quantum tu a pudicitia, Sed quid ego de te
plura querar. Quid enim mentiri turpe dicis, qui
michi ausus sis eloquentiam, ut vicium obicere. Cuius
semper nocens eguisti patrocinio, an illum existi-
mas posse fieri ciuem egregium, qui non his artibus

et disciplis sit eruditus. An ulla alia putas esse
rudimenta in cunabulis virtutis animi ad cupiditatem
glorie aluntur Sed minime mirum est p. c. si homo,
qui desidie aut luxurie plenus sit, hec ut noua, atque
inusitata miratur. Nam quod in ista usitata rabie pe-
tulantius in uxore, et in filiam meam, que facilius
se a viris mulieres abstinuerunt, quam tu vir a viris
satis docte, ac perite fecisti. Non enim me separasti mutua
tibi gratiam relaturum, ut vicissim tuos compellarem,
Unus enim satis materie habeus. Neque quicquam domui
tue turpius est quam tu. Multum te opinio fallit, quod
michi parare putauisti inuidiam ex mea re famili-
ari, qui michi multo minor est, quam habere dignus sum
Atque utinam ne tanta quidem esset, quanta est, ut potius amici
mei viuerent, quam testamentis eorum locupletior essem
Ego fugax Gai Salusti furori tribuni plebis cessi,
utilius duxi, quauis fortunam unus experiri quam universo
p. R. ciuilis essem dissensionis causa Et postea
quam ille suum annum in re publica perbacchatus est, omnia
queque commouit pace et odio resederunt, hoc ordine
reuocante atque ipsa r. p. manu retrahente me re-
diui, Cui michi differens dies, si tu omni reliqua vita
conferatur animo meo superet. Cum vniuersi vos populusque R.

Nota

frequens, aduentu meo congratulatus est. Tantum me fugare mercenarium patronum hi existimauerunt. Neque hercule mirum est, si ego semper iustas omnium amicitias extimaui. Non enim uni priuatim ancillatus sum, Neque me addixi Sed quantum quisque rei publice studuit, tantum michi fuit aut amicus aut aduersarius. Ego nichil plus volui valere quam pacem Multi priuatorum audacias nutriuerunt Ego nichil timui nisi leges. Multi arma sua timeri voluerunt Ego numquam volui quicquam posse nisi pro vobis. Multi ex vobis potentia freti in vos suis viribus abusi sunt Itaque non est mirum si nullius amicitia usus sum aut sexti insolentiam repressi. Aut bibuli patientiam tulpaui, aut victoriis Cesaris faui. He enim laudes egregii ciuis et unice sunt. Que si tu michi ut uitia obicit temeritas tua reprehendatur, non mea vicia culpabuntur. Plura dicerem si apud alios michi esset disserendum, P. C. non apud vos, quos habui omnium auctorum actionum mearum monitores. Sed ubi rerum testimonia adsunt, quid opus est verbis. Nunc ad te reuertor, Salustij, patrem tuum preteream, qui si numquam peccauit in vita sua, tamen maiorem iniuriam rei publice facere non potuit, quam quod talem filium genuit. Neque tu si qua in pueritia peccasti exequar, ne parentem tuum videar accusare, si eo tempore tui potes-

tatem habuit / quam qualem adolescentiam egerit hac
demonstrata facile intelligi. quam petulanti pueritia
quam impudica / et procax adoleverit / postea quam impense
impudicissimi corpore questus sufficere non potuit
ut etas tua iam ad ea patientia / que alteri facere
collibuisset exoluerat / Cupiditatibus infinitis efferre-
bare Ut que ipsi corpori tuo tuo turpia dixisses
in aliis experire / ita non est facile exputare p. c.
utrum in honestioribus corporis partibus / rem quesierit an
amiserit domum paterna vivo patre / turpissime ha-
buit / vendidit / ut cuique dubium posset esse / quin mori eo-
egit eum / quo tunc hic non dum mortuo / pro herede
gessit omnia. Neque pudet eum a me querere / quis
in P. Crassi domo habitet / cum ipse respondere
nequeat / quis in ipsius habitet paterna domo. At hercu-
le lapsus etatis tirocinio postea se correxit / Non
ita est / Sed abiit in sodalitium / sacrilegi nigidiani bis
iudicis ad subsellia / attractus extrema fortuna stetit / et
ita discessit / ut non hic innocens esse / quam iudices
peierasse existimarentur / primum honorem in questura
adeptus / secutus est hunc locum / et hunc ordinem despectui
Cuius aditus sibi / quoque quisque sordidissimo homini patuisset

Itaqz timens / ne facinora eius / clam vos essent / cum
omibz matrumfamiliarum nris opprobrio esset confessus e
vobis audientibz adulterium / neqz erubuit ora vra Vix
eris / Vt libet salusti / Ex eis que volui satis sit vnu
tuorum scelerum esse consciuum / Noli nobis languore et so-
porem nimiu exprobare / Sumus diligentes in tuenda
pudicitia / uxorum nrarum / Sed ita experti non sumus
ut a te cauere possimus / Audacia tua vincit studia nra
. Et qd hec mouere possit p. c. factu auditu turpe /
quem non puduerit palam vobis adulterium confiteri /
Et si tibi michil pro me respondere voluissem / sz illud
Censorium eloquium p. claudij / et l. pisonis / integerri-
morum virorum quo usus est quisqz eorum ex lege / palaz
vniuersis recitarem / Nonne tibi viderer eternas inurere
maculas / quas reliqua / reliqua uita / eluere non pos-
ses / neqz post illu delectu senatus te uidimus / nisi forte
in ea tasca coiecisti / quos ois sententia R. p. con-
fluxerat / At idem salustius / qui in pace / senator quidez
manserat / postea qz respublica oppressa est / Et idez
ab hoc / qui exules reduxit / in senatu in questuram
est reductus / Quem honorem ita gessit / Vt nichil non
rerum in eo venale habuit / Cuius aliquis / emptor fuerit

Ita egit, ut nichil non vero, ac equum duxit, quod ipsi
facere collibuisse. Neque aliter vexavit ac debuit, si quis
precio loco ingratum accepisset, parta questura plerisque
magna pignora eis dederat, cum quibus similitudine
vite se coniunxerat, Unus iam ex illo grege videbatur.
Eius enim partis erat exemplar Salustius, quo tamquam
in unam voraginem cetus omnium viciorum excesserat.
Quicquid impudicorum nebulonum parricidarum sacrile-
gorum debitorum fuit municipiis coloniis, italia tota
sicut in fretis subsederat, nominis perditi, ac notissimi
nulla in parte castris apti, nisi licentia viciorum et cupi-
ditate rerum novarum. At postea quam pretor est factus,
modeste se gessit, et abstinenter non, Ita provinciam
vastavit, ut nichil neque passi sint, neque expectaverunt
gravius socii nostri in bello, quam experti sunt in pace.
Hoc affricam in timore obtinente, Unde tantum
hic exhausit quantum potuit, Aut a fide nominum traici,
aut in naves contrudi, tantum inquam exhausit p. c.
quantum voluit ne causam diceret sextercio, duodecies,
cum cesare paciscitur, Quod si quippiam eorum falsum
est, his palam refelle, Unde qui non modo paternam
quidem domum retinere potuis, repente tamquam sompnio

beatus ortos priossissimus villam tiburti, C. cesaris reliquas possessiones parauis. Neque piguit querere Cur ego p. Crassi domum emissem. Cum tu vetus dus ville, Cuius paulo ante fuit Cesar paulo ante inquam patrimonio non recepto, sed deuorato, quibus racionibus repente, factus es, tam affluens, et tam beatus, nam quis te faceret heredem, quem ne amicum quidem satis honestum, Cuius vinque sibi duxit, nisi filius, aut par tui, At hercule egregia facta maiorum tuorum te tollunt. Quorum siue tu similis es, siue illi tibi, nichil ad omnem scelus, at nequitiam addi potest. Verum ut opinor honores tui te faciunt insolente, Tu C. salusti totidem, putas esse bis senatorem, bis questorem fieri, quam bis consularem, bis triumphalem. Carere debet omni vicio, cui in alterum dicere paratum est. Demum is vero male dicit, qui non potest verum ab altero audire Sed tu omnium mensarum assecla, omnium cubiculorum in etate pellex, et idem postea adulter, Omnis ordinis turpitudo, es ciuilis belli memoria, memoria Quid enim grauius pati potuimus, quam te incolumem in hoc ordine videmus, Desine bonos petulantissime insectari, Desine morbo procacitatis isto uti, Desine moribus tuis exti-

Nota

placet

mare, his moribus tu effici amicus tibi non potes, videre velle infirmum habere. Finem dicendi faciam p. c. sepe enim audivi convicis offendere, alios auditores eos qui aliena flagitia apte dixerunt, quam eos, qui commiserunt, Michi quidem ratio habendi est. Non que salustius merito debeat audire sed ut ea dicam que ego effari honeste possim.

Demostenis pro Athenis ad regem Allexandrum



Nihil habet rex allexander, vel fortuna tua maius, quam ut possis, vel natura tua melius quam ut velis servare quamplurimos. Nulla enim de virtutibus tuis, vel generosior misericordia, vel admirabilior clementia, nec per aliud propius deo accedere

potes, q̄ȝ ut salutem conferas hominib;, vel dando
si egueint, vel parcendo si deliquerint, vel indulgen°
si supplicauerint, Cum eni vincamᷣ͠ a diis in omi
mune, sola clementia est, que nobis deos reddat
equales. Proinde gaude tam excellenti bono, tibi
ingenito. Frue° tu fortune tue glīa, tam excellenti
clementia, quam onde debes ad omēs, et maxime
ad eos, apud quos educatus fuisti, Et fāe lumen
accepisti. Et tuis celsitudīs tue pncipiū, et for-
tunam suscepisti, Neqȝ siquidem erit tam iniustus
rerū extimator, qui dubitet, que nam fuit athe-
niensiū in recipiendo thebanis, aduersus te delin-
quendi, voluntas, Cum statim cognito senitate
Nota tue, nihilo supplices ad te venim᷒, is eni quem
p͠ccati penitēt, profecto, declarat se maluisse no
p͠ccare, q̄ȝ penitē͠, Verū si aliq͠ tenemᷣ͠ culpa, exceptis
tamen facinoīs sumꝰ, Tebanos tam miseros, q̄ȝ
miserabiles, nra urbe recepimꝰ, nō ut hostes tuos,
ȝ ut tante tue v̄torie, reliqas, et q͠i de naue con-
fracta, lapsos suauꝰ. Vix apte portas aperuimꝰ
ȝ tamen cōn͠ te arma non sumpsimꝰ, Humanitate
potius iudicabis, deliquisse, q̄ȝ scelē non odio.

tuo, sed favore, errore, non pravitate aliqua, sed fatua forsan impietate. Vide quod animus tuus, istis angustis terminis, quos natura mortalibus dedit, ad vivendum numquam potuit esse contentus. Semper immortalitatis gloria flagiuit. Nec tua vita dicenda est, velut ea que solum corpe continetur, et spiritu, sed ut divina. Dominasti grecia, vidisti lacedomiam. Fregisti sedes thebas, persas postmodum debellatus, et indos. Hec tamen hominis sunt, quod natura, et condicio ut fieri possunt et sunt. Verum animum vincere, iracundiam cohibere, sibi imperare, victoriam temperare, victis indulgere, supplicantibus. Qui hec fecerit non est summis viris equandus, sed deo simillimus iudicandus. Ne ergo credas iracundie, que est inimica consilio. Ne credas victorie, que de natura sui est insolens, et superba. Sed vince teipsum, qui ceteros vincis gloria, ac virtute. Cuius enim vel virtute vel nobilitate, vel probitate, vel optimarum rerum studio vel clementia, vel quovis alio laudis titulo, te prestantior? Cuius clarissimorum regum, magnitudine bellorum, pluriorum numero, varietate victoriarum, celeritate conficiendi, mentis amplitudine, pertinacia in rebelles, clementia in subditos, libera- Nota

litate in oms potest tibi conferri. Gloria quidem
tua tanta est, licet futura sit maior, quam tropheis
ac monumentis allatura, finem non sit etas, nec
ullius flumen ingenii non dicam ornare, sed enarrare
res tuas gestas possit. Nec tu omnia consiciet,
et offuscabit vetustas, Nisi literis tradentur, et me-
morie. Verum inter tot milia hominum, qui vel fide-
lius laudes tuas, enarrabunt, vel melius describent
atheniensibus. Apud quos domestici, et populi
totum orbem diodis sententiis irrigantes, cele-
brabuntur igitur res tue, et laudes tam re, quam voce
mirabiles, et iocunde. Non solum nostris, sed per nos
omnium pene, gentium literis, et linguis nec ulla umquam
etas de tua gloria conticescet Nec oblivionis cali-
ginem, tua vita formidabit, sed omnium seculorum ea,
tua semper tuebitur eternitas, Obstupescent posteri
inmirabiles laudes tuas, et triumphos tuos audientes,
et intelligentes, Tu igitur ut ista sint ignosce, rogamus
urbi nostre, ymo tue, et ne totius orbis lumen,
extinguas, que sicut sol inter cetera prefulgeat sidera
ita inter ceteras orbis urbes eloquentia preminet,
et sapientia, ymo omni genere philozophie precellens

velut fons, a se rivos, ad omnes mundi partes digerere, at, omnigenam scientiam emittit. Cuius igitur impunitas, tue clementie laus erit, et gloria. Pace tua loquar rex Allexander, nullam de laudibus tuis ampliorem fore, quam ea, que hodierno die, tum hec fecere consecutus es.

Mon . cuer
idest meum cor

Scriptus per nicolaum Arnoldi de Grudentz Clericum Culmensis diocesis

Pydzyn Grzegorz dobre rady

fol. 261. —
sext. à. 12 fol.

